Pollux VII 87 de sandaliis disserens: *καὶ Κηφισόδωρος Τροφωνίῳ Σανδάλια κτλ.* Respicit Clemens Alex. Paed. II p. 205 B. *αἰσχρὰ γοῦν ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ᾽ οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἄνθεμα.**) De sandaliis cfr Vossii Epist. mythol. vol. I p. 108. De *λεπτοσχιδὴς* cfr Phrynichus Bekk. p. 49 25. Vs. 3 fortasse praestat *ὡσπερεὶ θεράπαινα.* Pro *περιβαρίδας* cod. Falckenb. habet *περιβάδας.*

III.

Athenaeus XV p. 667 d: *ὅτι δὲ ἆθλον προὔκειτο τῷ εὖ προεμένῳ τὸν κότταβον προείρηκε μὲν καὶ Ἀντιφάνης·*

---

*) Vulgo *ἀναθέματα.* Coniecturam meam (Hist. crit. p. 268) occupavit Potterus.

ᾠὰ γάρ ἐστι καὶ πεμμάτια καὶ τραγήματα. ὁμοίως δὲ διεξέρχονται Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ καὶ Καλλίας.

IV.

Pollux VII 40: *τὴν δὲ σμηκτρίδα Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἴρηκεν.* **Pro his MS Iungermanni habet:** *τὴν δὲ σμικτρίδα γῆν Εὔπολις εἴρηκε καὶ ἄλλοι.* **Cfr ad Nicocharis Fragm. 843.**

Υ Σ.

I.

Ὦ καὶ λέων καὶ μυγαλῆ καὶ σκορπίος.

Herodianus dict. solit. p. 39 10: *κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι (μυγαλῆ) Κηφισόδωρος ἐν Ὑΐ εἰπών Ὦ καὶ λέων κτλ.* **Ita enim haec corrigenda sunt. V. Hist. crit. p. 268. Similis est Phrynichi versus in Musis Fragm. III:** *ὦ καὶ κάπραινα καὶ περίπολις καὶ δρομάς.*

II.

Κρεάδιόν τι φαῦλον ἢ ταρίχιον.

Athenaeus III p. 119 d. de voce *ταρίχιον* **agens:** *καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ὑΐ Κρεάδιόν τι κτλ.*

III.

Οὐδ' ὀψοφάγος οὐδ' ἀδολέσχης.

Athenaeus VIII p. 345 f. de voce *ὀψοφάγος* **disserens:** *Κηφισόδωρος Ὑΐ Οὐδ' ὀψοφάγος οὐδ' ἀδολέσχης.*

IV.

Athenaeus XV p. 701 a: *λύχνα δὲ οὐδετέρως εἴρηκεν Ἡρόδοτος ἐν β ἱστοριῶν* **(cap. 62),** *λυχνοκαυτίαν δὲ ἣν οἱ πολλοὶ λέγουσι, λυχναψίαν Κηφισόδωρος ἐν Ὑΐ.* **Non recte haec interpretatur Eustathius ad Odyss. 1571 23:** *λέ-*

γει δὲ ὁ Ναυκρατίτης ῥήτωρ καὶ ὅτι λυχνοκαυτίαν ἔφη Κηφισόδωρος, ἣν οἱ πολλοὶ λυχναψίαν.

V.

Pollux X 110. ubi instrumenta culinaria enumerantur: *τὸν δὲ φρυγέα καὶ αὐτὸν ὡς σκεῦος μαγειρικόν, εἴτε τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἔφρυγον, εἴτε τὸ φρύγετρον, ὡς ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἐν Σειρῆσιν ὑποδηλοῖ λέγων „Φρυγεὺς θυεία λήκυθος," καὶ μὴν καὶ Κηφισοδώρου ἐν Ὑῒ εἰπόντος Σπονδὴ δὲ παρὰ τῶν ὁλκάδων καὶ καταφαντισγός.* In his verba inde a *καὶ μὴν* usque ad *καταφαντισγὸς* accesserunt ex cod. Falck. In corruptissima voce *καταφαντισγὸς* quid lateat alii viderint.

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Ἄγε δὴ τίς ἀρχὴ τῶν λόγων γενήσεται;

Athenaeus XI p. 459 a: *ἄγε δὴ — γενήσεται; κατὰ τὸν κωμῳδιοποιὸν Κηφισόδωρον.*

II.

Pollux IV 173: *τὰ δὲ ὀνομαζόμενα στάθμια σταθμὰ στάσιμα καὶ ἐπίσταθμα ὠνόμασε Κηφισόδωρος.* Haec fortasse ita sunt corrigenda, ut quae ab aliis *στάθμια, σταθμὰ* et *ἐπίσταθμα* appellentur, ea Cephisodorus *στάσιμα* nominasse dicatur. Eo certe ducit alius Pollucis locus X 126: *στάσιμα δὲ τὰ στάθμια Κηφισόδωρος κέκληκε.* Itaque *στάσιμα* ante *ὠνόμασε* transponendum videtur.

EPILYCUS.

(Hist. crit. p. 269)

ΚΩΡΑΛΙΣΚΟΣ. *)

I.

Athenaeus IV p. 133 b: ἔστι δ' ἡ κερκώπη ζῷον ὅμοιον τέττιγι καὶ τιγονίῳ, ὡς Σπεύσιππος παρίστησιν ἐν τετάρτῳ Ὁμοίων. μνημονεύει αὐτῶν Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ. Scil. κερκώπης, τέττιγος et τιγονίου sive potius τεττιγονίου. Photius Lex. p. 592 11. Τεττιγόνιον: ὅμοιον τέττιγι. Ἐπίλυκος Κωραλίσκῳ. V. Schneideri annotationem ad Aristot. Hist. A. V 24 p. 382.

II.

Ποττὰν κοπίδ', οἰῶ, σῶμαι
ἐν Ἀμυκλαῖον· πάρα Γέλλωσιν
βάρακες πολλοὶ κἄρτοι
καὶ δῶμός τις μάλα ἁδύς.

Athenaeus IV p. 140 a: τῆς δὲ κοπίδος μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσιν, Ἐπίλυκός τε ἐν Κωραλίσκῳ λέγων οὕτως Ποττὰν κοπίδ' οἰῶ σῶμαι κτλ. διαρρήδην λέγων μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρατίθεσθαι (τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι Λυκόφρων, ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης)

*) V. Hist. crit. p. 269 et qui de titulo fabulae similia attulit Th. Bergkium Comment. p. 431.

καὶ ἄρτους δὲ καὶ ζωμόν τινα καθηδυσμένον περιττῶς. In Epilyci fragmento vs. 1 ποττὰν recte scripsit Iacobsius Addit. p. 95. Libri fere πόττων vel πόττ' ἄν. Tum κοπίδ' οἰώσομαι A. κοπιδοιώσωμαι PVL. κοπιδιώσομαι B. Iacobsius κοπίδ' ἔσσυμαι. Recepi emendationem Th. Bergkii Comment. p. 431. — Vs. 2 pro Ἀμυκλαῖον in cod. A scriptum est Ἀμύκλαιον. Ibid. παραγγέλλωσι VL. παραγγέλλω σοι P. παραγγέλωσι B. Egregie Th. Bergkius πάρα Γέλλωσιν h. e. πάρεισι Εἴλωσι. — Vs. 3 βάρακες. De variis interpretationibus nominis βάρακες vel βήρηκες praeter Athenaeum l. l. et III p. 114 f. vide Grammaticum Bekk. Anecd. p. 226 1. Βήρηκες: μᾶζαι ὀρθαί· οἱ δὲ ἁπλῶς μάζας ἐπάνω κέρατα ἐχούσας. παρὰ Λακεδαιμονίοις δὲ τὴν ἑορτὴν Βηρηκίαν λέγεσθαι, ἐν ᾗ τοῖς θύουσι προτιθέασι τοὺς βήρηκας. Quo loco qui usus est Ruhnkenius Auct. ad Hesych. p. 724 pro Βηρηκίαν exhibet Βηρικίαν, quod ipse in Βαρήκια mutat. Commemorantur etiam in testamento dorico apud Gruterum Inscript. p. CCXVII. ubi habemus ἐλλύταν καὶ ἄρτον καὶ πάρακα (leg. βάρακας) καὶ ὀψάρια. Quae sequuntur in loco Epilyci, in libris ita scripta sunt: πολλὰ οἱ κάρτα. Recte Casaubonus πολλοὶ καὶ ἄρτοι, nisi quod debebat κἄρτοι, ut edidit Dindorfius. Postrema libri ita exhibent: δωδέμοστοι μάλα ἀδύς. Unus B δωδέμοστος. Pro ἀδύς VL ἀδεῖς. Corruptam vocem δωδέμοστοι vel δωδέμοστος Casaubonus in ζωμός, Schweighaeuserus et Dindorfius in σδωμὸς mutabant. Recte Bergkius δωμός τις, allato Etymol. M. p. 316 56: κατὰ τροπὴν δωρικὴν τοῦ ζ εἰς δ. οἷον ζυγὸς δυγός, καὶ ζωμὸς δωμός. Pro τις possis etiam τοι. Sed quod idem Bergkius μάλα in μέλας mutatum ivit, ei adversatur ipse Athenaeus Epilyci illum δωμὸν μάλα ἀδὺν explicans verbis ζωμὸν διηδυσμένον περιττῶς. Anapaesticis versibus locum conceptum esse idem Bergkius vidit.

III.

Athenaeus XIV p. 650 e: Ἐπίλυκος Κωραλίσκῳ Μῆλα καὶ ῥόας λέγεις. Respexit haec Photius Lex. p. 490 25.

ῥοιάς: Ἴωνες· ἄνευ δὲ τοῦ ι ῥοάς. οὕτως Ἐπίλυκος. Scribe ῥόας.

IV.

Athenaeus XV p. 691 c: τῆς δὲ λεγομένης σάγδας — μύρον δ᾽ ἐστὶ καὶ τοῦτο — Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ Βάκκαρίς τε καὶ σάγδας ὁμοῦ.

V.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 411 17. Ἀντλιαντλητῆρα: — Ἀριστοφάνης δὲ Προαγῶνι καὶ Ἐπίλυκος Κωραλίσκῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀντλίον κεκλήκασιν.

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος.

Athenaeus I p. 28 e: Χίου δὲ οἴνου καὶ Θασίου μέμνηται Ἐπίλυκος Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος. Quo respexit Photius Lex. p. 63 23. Ἠθημένος: διυλισμένος. οὕτως Ἐπίλυκος.

II.

Photius Lex. p. 353 15. Ὀστολόγος: παρὰ Ἐπιλύκῳ. καὶ δρᾶμα Αἰσχύλου Ὀστολόγοι.

III.

Photius Lex. p. 657 16. Ψωμός: ὡς ἡμεῖς. Ἐπίλυκος.

E U T H Y C L E S.

(Hist. crit. p. 269)

ΑΣΩΤΟΙ Η ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Πρῶτος μὲν εἶδεν εἰ χιὼν ἐστ᾽ ὠνία,
πρῶτον δ᾽ ἐκεῖνον σχαδόνα δεῖ πάντως φαγεῖν.

Athenaeus III p. 124 b. de nivis usu in vino disserens: *Εὐθυκλῆς δ᾽ ἐν Ἀσώτοις ἢ Ἐπιστολῇ Πρῶτος μὲν κτλ.* **Vs. 1** *πρῶτον* **BP.** *οἶδεν* **pro** *εἶδεν* **P.**

Α Τ Α Λ Α Ν Τ Η.

Suidas vol. I p. 449. *Βοῦς ἕβδομος: πέμματα κέρατα ἔχοντα, κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν, παρατιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ταῖς ἓξ σελήναις* **(*lunulas* dicit, quod et ipsum fuit placentae genus)** *ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ.* **V. Lobeckii Aglaoph. p. 1064.**

A U T O C R A T E S.

(Hist. crit. p. 270)

Τ Υ Μ Π Α Ν Ι Σ Τ Α Ι.

Οἷα παίζουσιν φίλαι
παρθένοι Λυδῶν κόραι,
κοῦφα πηδῶσαι κόμαν,
κἀνακρούουσαι χεροῖν,
Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιν
κάλλιστ' ἄν, καὶ τοῖν ἰσχίοιν
τὸ μὲν κάτω τὸ δ' αὖ
εἰς ἄνω ἐξαίρουσα,
οἷα κίγκλος ἅλλεται.

Aelianus H. A. XII 9 de motacilla ave disserens: *μέμνηται δὲ καὶ τοῦ ὄρνιθος τοῦδε Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ — καὶ Αὐτοκράτης ἐν Τυμπανισταῖς Οἷα παίζουσιν φίλαι κτλ.* **Vs. 2** *Λυδῶν.* **Olim legebatur** *αὐλῶν,* **quod certatim emendarunt critici, firmante nunc cod. Parisino. Haud dissimilem imaginem repraesentant haec Aristophanis Lys. 1310:** *ἅτε πῶλοι δ' αἱ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν ἐγκονιῶσαι, ταὶ δὲ κόμαι σείονθ' ἅπερ Βακχᾶν θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν.* **Comparavit haec iam Lobeckius Aglaoph. p. 1086. Lydiacas illas saltatrices Dianam choreis et cantu venerantes commemorat Aristoph. Nub. 595:** *ἥ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις οἶκον ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν,* **et Diogenes tragicus Athenaei XIV p. 636 a:** *Κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε*

παρθένους | δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν. Easdem ad Herculem celebrandum adhibet apud Ionem Omphale ibid. p. 634 c: ἀλλ' εἶα Λυδαὶ ψάλτριαι παλαιθετῶν | ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε. Cfr Wernsdorfius ad Himer. p. 34. — Vs. 3 unus liber πηδῶσι. Ibid. κόμαν omnes praeter unum, qui habet κόμας. Conieceram olim Quaest. scen. II p. 74 κοῦφα πηδῶσαι πόδας, nescius idem in mentem venisse Fiorillo Observ. in Athen. p. 109. quem indicavit Iacobsius. Dictionem πηδᾶν vel ἅλλεσθαι πόδας illustravit Porsonus ad Orest. 1427 et Huschke Anal. crit. p. 25. Lobeckius coniecit, κοῦφα πηδῶσαι, κομῶσαι. — Vs. 5 Lobeckius κἀνακρούουσαι χορείαν. Ac sane insolens dicendi genus est ἀνακρούειν χεροῖν, pro quo aut ἀνακροτεῖν χεροῖν aut ἀνακρούειν sive potius συγκρούειν χεῖρε expectes. Sed requiro versum acatalecticum. Quae sequuntur verba metro et sententiae perniciosa variis modis tentata sunt. Vs. 6 καλλίσταν ex duobus codd. edidit Iacobsius. Lobeckius κάλλιστα. Requiri videtur verbum cuius trochaica sit mensura. — Vs. 7 non male Fiorillo τοῦτο μὲν coniecit; unus liber τῶ μέν. Ibidem pro αὖ Vind. habet αὖθις. — Vs. 8 Iacobsius tentabat εἰς ἄνω 'ξαίρουσ' ἀεί. Fortasse scribendum ἐξεπαίρουσ' εἰς ἄνω. Sed hic omnia sunt incerta: ac fuit quum omnia illa inde a verbis καλλίστ' ἂν usque ad ἐξαίρουσα ab aliena manu accessisse existimabam. Sed huic etiam rationi sunt quae obstare videantur.

EX INCERTA FABULA.

Ἀμνοὶ δὲ βληχάζουσιν ὑπ' ἀγαλαξίας.

Lexicon in Bekkeri Anecd. I p. 336: Ἀγαλακτία. Αὐτοκράτης Ἀμνοὶ δὲ βληχάζουσιν ὑπ' ἀγαλαξίας. Utrum ἀγαλακτίας an ἀγαλαξίας scripserit Autocrates, non discernam. De correpta vocali ante βληχάζουσιν cfr Hist. crit. p. 294.

ARISTOPHANES.

De Aristophanis vita, ingenio, comoediis quamvis etiam post doctorum hominum diligentiam multa disseri, neque pauca acutius diiudicari possint, hoc tamen loco pauca tantum delibanda censui, quae cum perditarum fabularum reliquiis arcta quadam necessitate cohaerent. Et hoc quidem praemonendum est, me in his reliquiis componendis fere eandem rationem secutum esse, quam cum tribus annis ante libros de comoedia Attica antiqua scriberem. Neque enim, id quod nonnullos video unice spectasse, indagare studui, qua ratione poeta in argumento et inveniendo et componendo sit usus, quoniam eiusmodi quaestiones in tanta antiquae comoediae licentia tantaque argumentorum copia ac varietate, fallaces prorsus sunt atque inutiles. Neque enim coniectando assequi ullo modo poteris, quibus legibus quisque se adstrinxerit poeta. Multo sane facilius in perditarum tragoediarum reliquiis hanc viam insistere possumus, quoniam a summa argumenti, quemadmodum maiorum et patrum memoria tradita erat antiqua fama, ut singula multa variaverint et suopte ingenio immutaverint poetae, desciscere omnino veriti sunt: et illarum ipsarum rerum omnium, quas tragici tractarunt, quamvis tenuis ad nos quoque fama pervenit: quod longe secus est in comicis poetis, qui nulla alia re tantopere sunt delectati, quam inventorum novitate et varietate: et quo quis magis eminuit ingenio, eo studiosius hanc laudem quaesivit, quemadmodum Aristophanes eo nomine saepius se collaudat et aemulorum poetarum tenuitatem prae suis divitiis con-

temnit. At quamquam in Aristophane ingeniosissimo omnium poeta vix fieri potest, ut rationem, quam in comoediis componendis secutus sit, investiges, praesertim cum multarum fabularum exiguae tantum superstites sint reliquiae, tamen illud quantum fieri potuit, conjectura assequi studui, ut et quo tempore singulae comoediae doctae fuerint et quod potissimum argumentum complexae sint, perspici posset.

Et temporum quidem illa explanatio plurimum confert ad poetae propositum illustrandum, ita ut utraque quaestio plerumque arctissimo vinculo cohaereat. Quemadmodum enim in undecim illis, quae integrae supersunt, comoediis, maximi momenti est, quod non solum annum, sed etiam diem, quo fabula acta est, satis certo definire possumus, quoniam sic demum intelligi potest, quae necessitudo intercedat inter spectaculum illud, quod poeta exhibet, atque ipsum illum rerum extrinsecus positarum statum; ita etiam in reliquiis perditarum fabularum nihil plane videre poteris, nisi quo quaeque tempore docta sit, investigaveris. Nam quemadmodum antiqua Attica comoedia omnem illam infinitam paene vim atque copiam rerum et divinarum et humanarum complectitur, ita etiam una quaeque fabula varietate ac diversitate rerum insignis est, et si verum fateri volumus, singulae comoediae non tam in singulis rebus versantur, quam in una quaque fabula omnis Atheniensium et publica et privata vita tanquam in minore quodam mundo repraesentatur. At quemadmodum illa aetas, quae comoediam antiquam et florescentem et senescentem vidit, variis concussa fuit motibus et mobili transitu agitata, ita quovis fere anno unum aliquod praeter cetera eminuit, quod aut propter novitatem insolentiamve aut propter gravitatem omnium in se convertit oculos: hoc igitur potissimum a comicis poetis suo quodque tempore praecipue illustratum esse, ita ut reliqua recederent, non mirum videbitur ei, qui cogitaverit, comicos poetas multo magis quam omnes alios, praesentiae adstrictos suum potissimum populum, suam civitatem, suum saeculum spectare. Ita fit, ut qui temporis, quo aliqua comoedia docta est, ni-

sum accurate noverit, is etiam fabulae ingenium et argumentum, sive tu propositum consiliumve appellare malis, bene perspiciat.

At illae de tempore disquisitiones etiam aliud quid spectant: namque tum demum, si compertum habemus, quam quoque tempore poeta docuerit comoediam, ipsum poetae ingenium quasque vicissitudines subiit, introspicere possumus. Poetae autem indolem atque animum comoediae illae multo maxime illustrant et patefaciunt, cum praesentiae adstrictae in ipso rerum praecipiti turbine compositae et perfectae sint. Et hoc quidem apparet vel ex magno numero comoediarum, quas Aristophanes composuit, hunc poetam celeri promptoque ingenio, id quod propositum fuit, persecutum esse: quid quod unam alteramve fabulam paucis diebus ante, quam agenda esset, videtur composuisse, licet facile concedam, multum diuque poetam consilium argumentumque cogitando versavisse. Neque Aristophanes solum, qui ingenii alacritate aequales poetas facile superavit, tam celeri opera perfunctus est, verum alii quoque poetae, qui minus natura et doctrina valebant, eadem fere celeritate usi sunt. Namque quod Cratinus dixit in Chironibus conscribendis se duos annos integros defixum fuisse, singulare esse arguit illud ipsum, quod dilucide commemoravit. Iam vero si secundum temporis ordinem Aristophanis comoedias et integras et quarum reliquiae tantum extant, accuratius perlustramus, facile animadvertimus non continuo et praecipiti quasi cursu, sed sensim et per gradus poetam ad summum perfectae artis fastigium pervenisse. Atque quemadmodum antiquae atticae comoediae tria sunt genera discreta inter se ac diversa, ita licet etiam in principe poeta easdem vicissitudines animadvertere: tribus igitur spatiis Aristophanis poesin describere volumus, quorum primum fabulas complectitur, quas iuvenis composuit usque ad Olymp. LXXXIX 1 h. e. usque ad illud tempus, quo priores Nubes docuit: alterum licet deducere inde ab illo anno usque ad Olymp. XCIII 3 quo quidem anno Ranas docuit: tertium usque ad

poetae senis mortem. Requirunt haec accuratam disputationem, quae cum ab hoc loco aliena sit, pauca quaedam expromenda censui, summamque extremis tantum lineamentis describam.

Et Aristophanes quidem iuvenis admodum, cum primum ad poesin accessit, illud elegit argumentum, quod primum debebat offendere poetae animum, qui modo ex pueris excesserat: quid enim magis consentaneum est, quam iuvenem probe diligenterque educatum novitiae disciplinae, quae tunc invaserat Atheniensium civitatem, corruptelam continuo perspexisse? et ut ab hac aegritudine animum liberaret, ut quod ipse acute animadverterat, aliis quoque proponeret, Daetalenses scripsit. At Aristophanem non fugit, latius iam serpere pestem illam et quam rerum privatarum, eandem etiam publicarum esse perniciem et corruptelam: itaque inde ab eo tempore generoso concitatus odio Atheniensibus civitatis calamitatem spectandam proposuit, nec cuiusquam dignitati pepercit: est enim, ut iuvenes solent, Aristophanes acerrimus vindex severissimusque iudex: itaque etiam comoediae, quas tunc composuit, habent austeri quid et proxime ad Cratini indolem accedunt: maximeque desideratur ingeniosa illa licentia, qua usus postea quidquid sibi proposuit, conformavit et pro arbitrio finxit. Quamvis igitur antiquiores comoediae propius ad veritatem ipsiusque vitae consuetudinem accedant, tamen gratia illa atque lepore, qui decet poetam, minus sunt insignes. Ad hanc igitur aetatem pertinent, *Daetalenses*, *Babylonii*, *Acharnenses*, *Equites*, *Holcades*, et si vis, *Nubes priores*. Quamquam haec quidem comoedia ab earum, modo quas dixi, ingenio abhorruit et ob id ipsum minus probata est Atheniensibus. Quo diutius enim poeta omnem rerum vim infinitam animo et cogitatione complexus est, quo accuratius omnia pervestigavit, eo propius ad fontem quasi atque caput omnium et malorum et bonorum ad philosophiam accessit, itaque huc studium rettulit in Nubibus Socratisque personam maxima tractavit licentia: sed hoc ipsum, quoniam a vulgari consuetu-

dine recessit altiusque fuit repetitum, insolens visum est populo, de cuius inconstantia perversoque iudicio graviter conqueritur: at etsi mobiles et inconstantes fuerunt Atheniensium animi, ingenia tamen erant satis subtilia et acuta: itaque, quamquam postea eandem fere rationem secutus est poeta licet temperamento quodam usus, valde tamen populo est probatus.

Inde enim ab hoc tempore Aristophanes, etiamsi publicas res nequaquam a se segregaverit, latissime et liberrime exspatiatur omnemque omnino rerum et humanarum et divinarum copiam complectitur: neque vero res uti gestae sunt, repraesentat, sed pro arbitrio ingeniosa quadam audacia fingit ac refingit, ita ut quidquid proferat in medium, id poetae sit proprium ac peculiare. Severitas autem illa atque austeritas, quae in prioribus comoediis eminet, temperata est hilaritate et facetiis lepidissimis: omnia enim, sive publicarum rerum perversitatem perstringit aut pacis bona antiquive temporis praestantiam commendat, sive inanem superstitionem aut impiam humani ingenii arrogantiam vexat, sive mulierum luxuriam et libidines reprehendit, sive de tragoediae artisve musicae depravatione conqueritur, redundant lepore et iocis satis urbanis. Sed poeta quamvis in perpetua quadam quasi festivitate versari videatur, tamen in ipsa commissatione seriam saepe exserit faciem; omnino que Aristophanes confirmata iam aetate fere eandem rationem, quam Eupolis est persecutus. Perfecti autem poetae divinitas in nulla alia comoedia tam clare enitet, quam in Avibus, in qua quidem comoedia nescio an omnis omnino ars comicorum sit consummata. Hoc autem tempore poeta scripsit *Proagonem*, *Vespas*, *Pacem priorem*, *Amphiaraum*, *Aves*, *Lysistratam*, *Thesmophoriazusas priores*, *Plutum priorem*, *Ranas*, de quarum fabularum tempore certo constat, et praeterea, ut coniicio *Lemnias*, *Insulas*, *Pacem II*, *Agricolas*, *Heroas*, *Nubes II*, *Thesmophoriazusas II*, *Triphaletem*, ac fortasse *Senectutem* et *Σκηνὰς καταλαμβανούσας*, *Anagyrum*: sed accuratius definire studui suo loco, quo tempore quae-

que fabula docta esse videatur. Itaque duodeviginti annorum spatio fere viginti comoedias Aristophanes composuit.

Iam vero ad tertium genus fabularum eas refero, quas poeta iam senior composuit post Olymp. XCIII 3, in quibus vigorem illum virilemque dignitatem minus reperies: fracta enim rei publicae Atheniensis libertate antiqua comoedia lacertos viresque perdidit: ac poetae senescentis studium quoque ingeniumque senescit. Itaque eae fabulae, quae ad hanc aetatem pertinent, etsi sunt nec inelegantes nec illepidae, inventi tamen novitate quodammodo caruisse videntur: etenim poeta iam non suopte ingenio usus fingit lepidam aliquam imaginem, quam spectantibus proponat, verum fabularum veterum usus involucris ea, quae sentit, obscure indicavit magis quam dilucide exposuit: et a rebus publicis, divinis, aliis, quae latissime patent, comoediam paullatim in angustiorem compellit gyrum, ita ut fabulae proxime ad mediae comoediae rationem accedant. Pertinent huc praeter *Ecclesiazusas*, *Plutum alterum*, *Cocalum* et *Aeolosiconem*, etiam *Gerytades*, *Ciconiae*, *Tagenistae*, *Telmessenses*, et pleraeque omnes, quibus fabula aliqua antiqua subiecta est, ut *Daedalus*, *Danaides*, *Dramata sive Centaurus*, *Dramata sive Niobus*, *Polyidus*, *Phoenissae*, *Horae*; et fortasse *Poesis* atque *Naufragus*, quamquam de his quidem duabus comoediis nihil omnino certi statui potest.

Sed comprehendam hic brevi, quid de numero Aristophanearum fabularum mihi statuendum videatur, de qua re magnopere inter se dissentiunt et veteres grammatici et qui nuper in hanc rem inquisiverunt homines docti. Et ille quidem grammaticus, qui de comoedia scripsit p. XIII 14 quinquaginta quattuor comoedias Aristophanem scripsisse tradit: *Ἔπειτα τῷ υἱῷ ἐδίδου τὰ δράματα, ὄντα τὸν ἀριθμὸν νδ΄, ὧν νόθα δ΄*, quae ex uberiore aliqua expositione satis praepostere sunt petita: consentiunt Suidas v. *Ἀριστοφάνης. Δράματα δὲ αὐτοῦ νδ΄, ἅπερ δὲ πεπράχαμεν Ἀριστοφάνους δράματα, ταῦτα*, et Thomas Magister in vita Aristophanis: *Δράματα δὲ τέσσαρα πρὸς τοῖς πεντήκοντα γέγραφεν.* At

vero alius grammaticus, qui poetae vitam enarravit, alioqui auctor fide dignus, quadraginta tantum quattuor dicit fabulas: *Ἔγραψε δὲ δράματα μδ', ὧν ἀντιλέγεται τέσσαρα ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ ἔστι δὲ ταῦτα, Ποίησις, Ναυαγός, Νῆσοι, Νίοβις, ἅ τινὲς ἔφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου.* Aliam denique diversitatem Dindorfius in eodem grammatico de com. p. XII 5 sibireperisse visus est: *σώζεται δὲ αὐτοῦ δράματα μ', ὧν ἀντιλέγονται δ'.* At haec de Epicharmi, non de Aristophanis comoediis dicta sunt. In diversas autem prorsus partes discedunt Rankius et Dindorfius: ille enim fere omnes omnino fabularum titulos, quos unus alterve grammaticus oscitans adscripsit, a dubitationibus defendere conatur, ita ut quinquaginta duas comoedias Aristophani vindicaverit; Dindorfius autem maiorem cautionem adhibendam ratus illius grammatici, qui Aristophanis vitam conscripsit, rationem sequitur, ita ut quadraginta quattuor comoedias a poeta profectas recenseat, ex quibus quattuor ab antiquis criticis fuerint in dubitationem vocatae. Ac mihi quidem rectissime videtur Dindorfius fabularum numerum imminuisse, neque ea argumenta, quae protulit Rankius ad vulgarem opinionem tuendam, ita sunt comparata, ut dubitationis scrupulos eximant. Et *Βοηθοὺς* quidem et *Autolycum* Dindorfius p. 6 sq. vere abiudicavit Aristophani, item quae p. 7 de Erechtheo disputavit, probabilia videntur: ea autem quae Pollux III 43, tanquam ex Aristophanis *Glauco* affert, equidem non repudio, sed ad *Polyidum* referenda censui, vid. infra. Iam quae fabulae commemorantur apud Antiatt. p. 88 24: *Διδοῦσιν, οὐ διδόασιν, Ἀριστοφάνης Μητροφῶντι,* et p. 106 24: *Λείψας, ἀντὶ τοῦ λιπών, Ἀριστοφάνης Ἀνδρομέδᾳ,* eae iure suspectae sunt Dindorfio vel propter ipsam formarum illarum pravitatem. Meinekius igitur vol. I p. 325 et 328 *Antiphanis* nomen in Aristophanis locum substituere voluit, nisi forte praestat utrumque *Aristophonti* vindicare. Verum quae apud Grammaticum Bekkeri I p. 383 16 ex Aristophanis Tereo proponuntur, ea non sunt reiicienda, sed corruptum est comoediae nomen, pertinent enim ista ad

Γῆρας, vid. infra. Iam aliud quid legitur apud Athen. VIII p. 373 a: *κνιστοῖς λαχάνοις· οὕτω δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Δηλίᾳ συγκοπτὰ λάχανα· „κνίστ' ἢ στέμφυλα."* Hanc quoque fabulam Meinekius vol. I p. 329 *Antiphani* adiudicat, equidem aliquando conieci *Ἀπολλοφάνης ἐν Δαλίδι*, de qua fabula vide Meinek. I p. 266, verum haec coniectura iusto audacior: *Δηλία Sophili* commemoratur a Suida s. v. *Σώφιλος*. *Νίκας* vero, *Στρατείας*, *Πυθαγοριστήν*, *Κιθαρῳδόν*, *Φιλωνίδην* per errorem Aristophani tribui recte docuit Dindorfius p. 10.

Iam Dindorfius cum hoc modo quos dixi titulos numero Aristophanearum comoediarum exemerit, quadraginta quattuor dramata recenset, ex quo quidem numero unam praeterea comoediam removendam censeo, *Aeolosiconis editionem alteram*, quae uno tantum loco commemoratur ab Athenaeo III p. 372 A: *Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι δευτέρῳ· τῶν δὲ γηθύων Ῥίζας ἐχούσας σκοροδομίμητον φύσιν.* Alias ab Athenaeo aliisque omnibus auctoribus *Aeolosicon* simpliciter memoratur, ita ut hac ratione quae praeterea ex Aeolosicone proferuntur, ad priorem essent referenda. At fabula illa, ut vel ipsum nomen arguit, non potuit scribi nisi eo tempore, quo antiquae comoediae ratio prorsus fuit immutata et iam evanida: atque constat Aristophanem sub finem vitae scripsisse Aeolosiconem, quam fabulam iam antiqui critici prorsus ad mediae comoediae similitudinem accessisse dicunt, eamque filio Araroti, ut illum populo commendaret, dedisse. Iam haec fabula non potest posterior esse recensio, quandoquidem consentaneum est poetam filio novam, non correctam aliquam fabulam, quam ab ipso profectam esse scirent omnes, quaeque nihil commendationis haberet a novitate, commisisse: et praeterea, si antea aliam eiusdem nominis comoediam scripsisset, id necessario factum esset paucissimis annis ante (namque Sicon certe non potuit tempore, quo antiqua floruit comoedia, commemorari,) et idem fere fuisset argumentum, ut non continuo potuerit eadem fabula repeti: multo minus autem potest ea fabula, quam Ari-

stophanes Araroti tribuit prior esse recensio, cum nec ipsi poetae seni iam tunc, cum scriberet, post plures annos fabulam retractare licuerit, nec omnino argumentum ita comparatum fuisse videatur, ut aliam prorsus speciem induere potuerit: itaque facessat altera illa recensio, quae non magis habet fidei, quam altera recensio Niobi, quam commemorare videtur Athenaeus XV p. 1561 ed. Dindorf. *Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Νιόβῳ προειπὼν λυχνοῦχον κτλ.* de quo loco recte disputavit Dindorfius in Fragm. Aristoph. p. 14.

Iam quadraginta tres comoediae, quarum non dubia est memoria, hae sunt:

I. *Αἰολοσίκων.*
II. *Ἀμφιάραος.*
III. *Ἀνάγυρος.*
IV. *Ἀχαρνεῖς.*
V. *Βαβυλώνιοι.*
VI. *Βάτραχοι.*
VII. *Γεωργοί.*
VIII. *Γῆρας.*
IX. *Γηρυτάδης.*
X. *Δαίδαλος.*
XI. *Δαιταλεῖς.*
XII. *Δαναΐδες.*
XIII. *Δράματα ἢ Κένταυρος.*
XIV. *Δράματα ἢ Νίοβος.*
XV. *Εἰρήνη προτέρα.*
XVI. *Εἰρήνη δευτέρα.*
XVII. *Ἐκκλησιάζουσαι.*
XVIII. *Ἥρωες.*
XIX. *Θεσμοφοριάζουσαι πρότεραι.*
XX. *Θεσμοφοριάζουσαι δεύτεραι.*
XXI. *Ἱππεῖς.*
XXII. *Κώκαλος.*
XXIII. *Λήμνιαι.*
XXIV. *Λυσιστράτη.*
XXV. *Ναυαγός.*
XXVI. *Νεφέλαι πρότεραι.*
XXVII. *Νεφέλαι δεύτεραι.*
XXVIII. *Νῆσοι.*
XXIX. *Ὁλκάδες.*
XXX. *Ὄρνιθες.*
XXXI. *Πελαργοί.*
XXXII. *Πλοῦτος πρότερος.*
XXXIII. *Πλοῦτος δεύτερος.*
XXXIV. *Ποίησις.*
XXXV. *Πολύειδος.*
XXXVI. *Προαγών.*
XXXVII. *Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι.*
XXXVIII. *Σφῆκες.*
XXXIX. *Ταγηνισταί.*
XL. *Τελμισσεῖς.*
XLI. *Τριφάλης.*
XLII. *Φοίνισσαι.*
XLIII. *Ὧραι.*

Sane haec Aristophanearum fabularum recensio prorsus discre-

pat ab ea ratione, quam grammatici veteres ineunt: tamen consentaneum est veteres criticos eas tantum fabulas intellexisse, quae ipsis erant in manibus, quod vel arguit illud, quod magno consensu quattuor comoedias Aristophani abiudicaverunt et ad Archippum rettulerunt *): namque hoc sane facile concedam alias praeterea fabulas fortasse poetam composuisse, quarum memoria in didascaliarum monumentis erat servata: at si hoc concedis, criticos illos eas tantum fabulas, quae communi usu terebantur, recensuisse, continuo fabulae tres illi, quam institui, recensioni eximendae sunt, *Εἰρήνη δευτέρα*, *Νεφέλαι πρότεραι*, *Πλοῦτος πρότερος*, quae comoediae, ut suo loco dicetur, nisi paucissimis grammaticis visae non sunt, itaque vulgo non poterant in censum venire: quare equidem existimo veteres grammaticos quadraginta tantum comoedias numerare, et ad eam rationem corrigo ap. Auct. vit. p. XVIII 10: *Ἔγραψε δὲ δράματα μ΄, ὧν ἀντιλέγεται δ΄*, inde prono errore scriptum *μδ΄*, et ut error errorem parere solet, aliae deinceps profectae sunt corruptelae.

Quamquam autem ea quae ad Aristophanis poesin pertinent, ordine pertractare hoc loco nolo, nam longiorem disputationem requirunt, quam quae huic conveniat proposito, non tamen possum unam aliquam quaestionem, taedii illam quidem et laboris plenam, quae est de Callistrato et Philonide, Aristophanis, ut opinantur, actoribus, prorsus praetermittere. Difficillimus autem hic est locus, quoniam viri doctissimi, Rankius, Carolus Friedericus Hermannus, Fritzschius, Hanovius, Guil. Dindorfius, Droysenus sedula opera de hac re

---

*) Praeterea aliae quoque comoediae fuerunt, quas nonnulli grammatici Aristophani vindicabant, ut *Πόλεις*, quae alias Philyllio tribuuntur, vid. Athen. III p. 86 E: *Φιλύλλιος δ᾽ ἢ Εὔνικος ἢ Ἀριστοφάνης ἐν Πόλεσι.* Idem IV p. 140 A: *Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσι*, deinde *Σκευαί*, quae vulgo Platonis esse perhibebantur, vid. Athenaeus XIV p. 628 E: *Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκευαῖς, ὥς Χαμαιλέων φησίν, εἴρηκεν οὕτως.* Simile quid de Pherecratis Persis conieci, vid. Comment. p. 294, cfr. tamen Meinek. II 1 p. 318.

disputaverunt, alii autem, God. Hermannus, Boeckhius, Meinekius eandem quaestionem attigerunt: tantaque sententiarum exorta est diversitas, ut aegre ex his turbis et scopulis te expedias. Equidem in illorum virorum sententiis percensendis non commorabor, sed mihi quid veri simillimum videatur, re multum diuque pensitata, exponam.

Athenis qui fabulam aliquam docere cupiebant poetae, eos apud praetorem nomen suum profiteri chorumque impetrare oportebat, quod, cum uberrimus esset poetarum et tragicorum et comicorum proventus, dubia autem et incerta summi magistratus gratia, periculosum sane negotium: nam vel spectatissimi poetae non semel adversam magistratuum voluntatem sunt experti: ita Sophocli poetae summo homo pessimus Gnesippus antelatus est, quod aegre fert Cratinus in Pastoribus Fr. II:

Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν,
τῷ Κλεομάχου δ', ὃν οὐδ' ἂν ἠξίουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Nec minus indigna fortuna acciderat ipsi Cratino comoediae principi, ut testatur in eadem fabula, vid. Hesychius: *Πῦρ πυρὶ ἔγχει· Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν παρὰ τοῦ ἄρχοντος, παρ' οὗ ᾐτήκει.* uti ista correxi in Comment. p. 30 sqq. Quid quod illud ipsum genus dicendi *χορὸν αἰτεῖν* et *χορὸν λαμβάνειν* in proverbium abiit de iis, qui aliquid magnum et grave petunt aut impetrant, vid. ibid. p. 33. Non igitur mirum, si iuvenes poetae, qui nondum erant spectati nullaque alia re commendati, cum essent primum fabulam aliquam docturi, verecundabantur anxieque aliquem quaerebant, cuius auctoritate et gratia ipsi uterentur. Accedit huc Atheniensis populi in iudicando et severitas et levitas: nam Atheniensium ingenia cum essent subactissima liberalique eruditione politissima, non tamen abhorrebant a levitate insigni, ita ut saepe summos poetas longe inferioribus postponerent. Unde enim censes repetendum esse, nisi ab hac animorum mobili fluctuatione, quod non Euripides solum, sed

etiam Aeschylus et Sophocles ab aliis poetis iusto saepius in certaminibus illis sint superati? *)

Tantae difficultates cum iuvenibus poetis obiicerentur, ipsi illi principes poetae filios artis musicae studiosos sua auctoritate et gratia populo commendare eosque in scribendo consilio iuvare solebant: itaque plerumque filiis fabulas ab se ipsis compositas tradiderunt, quas illi suo nomine docerent eaque tanquam propria laude fruerentur: huc refero, quod de Euphorione Aeschyli filio dicit Suidas: *Εὐφορίων, υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγι-*

---

*) Euripidem quinquies tantum primo praemio dignum indicatum esse consentiunt veteres autores, vid. Terentius Varro apud Gellium N. A. XVII 4: „Euripidem quoque M. Varro ait, quum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis vicisse, quum eum saepe vincerent aliqui poetae ignavissimi." *Quinque solis* h. e. quinquies, sive quinque tetralogiis. Adde vit. Eurip. Moschopuli p. LXVI ed. Pflugk: *Δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μὲν τινὰς ἑβδομήκοντα πέντε, κατὰ δὲ ἄλλους ἐνενήκοντα δύο· νίκας δὲ εἵλετο πέντε, τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτήν.* Eadem fere Suidas v. *Εὐριπίδης. Νίκας δὲ ἀνείλετο έ, τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου.* Itaque corrigendus Thomas M. vit. Eurip. p. LXVII ed. Pflugk: *Νενίκηκε δὲ ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς δράμασι νίκας* πεντεκαίδεκα. Et possumus opinor coniectura assequi quo tempore et quibus tragoediis vicerit Euripides: primam victoriam reportasse poetam Olymp. LXXXIV 3 testatur Marmor Parium l. 75. Boeckh. C. I. vol. II p. 302: *ἀφ' οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν, ἔτη ΗΓΔΔΓ* III *ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Διφίλου.* Rursus vicit Olymp. LXXXVII 4, vid. argum. Hippolyti: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ, ἔτει τετάρτῳ, πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων.* Et secunda haec victoria fuisse videtur: tertia autem in quam aetatem incidat prorsus ignoro: at quartam indagari licet: nam indicium haud spernendum exhibet scholiasta Aristophanis Ranarum v. 53: *τὴν Ἀνδρομέδαν· διὰ τί μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται. ἐπειδὴ οὐ συκοφαντία ἦν τοιαῦτα.* Arguunt enim haec, non multo ante Olymp. XCIII 3 h. e. non multo ante obitum Euripidem trilogiam Hypsipylem, Phoenissas, Antiopem docuisse, eaque, cum vel severis iudicibus probaretur, vicisse. Quintam denique Euripidis iam mortui tetralogia victoriam re-

κὸς καὶ αὐτός, ὃς καὶ τοῖς τοῦ πατρὸς Αἰσχύλου, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν. Neque enim sunt haec accipienda de fabulis patris, quas post mortem illius correctas repetierit filius, nam ipsa Suidae oratio, *οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος*, huic explicationi adversatur, verum refero haec ad eas fabulas, quas Euphorion vivo Aeschylo acceptas a patre tanquam suas docuit, quibusque victoriam reportavit: continuo tamen, ut solet fieri, percrebruit Aeschylum illarum tragoediarum esse auctorem. Consimili ratione Sophocles Iophontem filium in scribendo adiuvit, id quod ipse Aristophanes in Ranis v. 77 significat:

---

portavit, vid. schol. Ran. v. 67: *Οὕτω δὲ καὶ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* At antelatus est Euripidi Xenocles, ignavissimus sane poeta, vid. Aelian. Var. Hist. II 8, antelatus est Euphorio, vid. Didascal. Medeae, multique alii ignobiles poetae. Aeschylus, etsi laetior illi affulsit fortuna, terdecies enim vicit, (nam ex iis, quae Suidas tradit v. *Αἰσχύλος· — νίκας δὲ εἷλεν κή· οἱ δὲ τρισκαίδεκά φασι* posterior ratio omnino probanda,) non semel tamen ab aemulis poetis superatus est, sicuti a Sophocle, quemadmodum praeter alios Plutarchus in Cimonis vita p. 117 prodidit: *Νικήσαντος δὲ τοῦ Σοφοκλέους λέγεται τὸν Αἰσχύλον περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται.* Sophocles, qui omnium maxime Atheniensium gratia et favore usus est, duodevicies palmam reportavit, vid. Diodor. Sicul. XIII 103: *περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς, ὁ Σοφίλλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα,* sive vicies, quod ex Carystio tradit auctor vitae Soph. p. XVIII: *νίκας δὲ ἔλαβεν εἴκοσιν, ὥς φησι Καρύστιος, πολλάκις δὲ καὶ δευτερεῖα ἔλαβεν, τρίτα δ' οὐδεπώποτε.* Et secundo quidem loco victor renuntiatus est Olymp. LXXVII 2, vid. Didasc. Medeae: *Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης.* Et circa idem tempus rursus cessit Philocli, vid. Argument. Oedipi Regis: *χαριέντως δὲ τύραννον ἅπαντες αὐτὸν ἐπέγραφον, ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους.* Iam si computaveris exiguum numerum victoriarum, quas principes illi tragicae artis rettulerunt, eumque cum magno temporis spatio, quo illi docuerunt fabulas, composueris, profecto reperies, longe inferiores poetas saepissime summo honore dignos iudicatos fuisse.

Οὔ, πρίν γ' ἂν Ἰοφῶντ' ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον
ἄνευ Σοφοκλέους ὅ τι ποιεῖ κωδωνίσω.

Ubi scholiasta: *Κωμῳδεῖται Ἰοφῶν ὁ υἱὸς Σοφοκλέους ὡς τὰ τοῦ πατρὸς λέγων.* Adde Suidam *Ἰοφῶν — δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν', ὧν ἐστιν Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἰλίου πέρσις, Δεξαμενός, Βάκχαι, Πενθεύς, καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους.* Contra fuerunt, qui, mirum sane, vel Antigonam Sophoclis huic Iophonti vindicarent, vid. Crameri Anecd. vol. IV p. 315 22: *πολλὰ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη, λέγεται γὰρ εἶναι Ἰοφῶντος τοῦ Σοφοκλέους υἱοῦ.* Denique Euripides quoque videtur similiter Euripidi minori nonnulla dramata concessisse, vid. vit. Eurip. apud Elmsleium Bacch. p. 173: *νεώτερον δὲ Εὐριπίδην ὃς ἐδίδαξε τοῦ πατρὸς ἔνια δράματα.* Neque enim haec referenda videntur ad illam tetralogiam, quam schol. Aristoph. Ranar. 67 commemorat, haec enim licet mortuo Euripide, tamen eius nomine est commissa. Neque aliter Aristophanes Ararotem filium ut populo commendaret, iussit Cocalum et Aeolosiconem docere, quas ipse scripsisset fabulas: qua de re dixi infra.

Ad impedimenta illa, quae recensui, accederet nova aliqua importunitas, si lex illa, quam commemorat scholiasta Aristophanis Nub. v. 530 *) ne quis *triginta* (sive *quadraginta*) annis minor fabulam doceret, tunc Athenis viguisset: at non iniuria homines docti, vid. Meinek. vol. I p. 104 de scholiastarum illorum fide dubitant, satis enim superque apparet, illos grammaticos, cum aetate provectiores plerumque in concione verba fecisse constaret, eundem morem ad scenicos poetas licenter admodum transtulisse: at ut concio-

*) *Οὔπω ἐπέτρεπον ἐμαυτῷ τὸ δημοσίᾳ λέγειν διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, οὐ γὰρ πρῶτον δι' ἑαυτοῦ καθίει τὰ δράματα ὁ ποιητὴς εὐλαβούμενος, ἀπὸ δὲ τῶν Ἱππέων ἤρξατο εἰσιέναι. νόμος δὲ ἦν μὴ εἰσελθεῖν τινὰ εἰπεῖν μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα, ὡς δέ τινες τριάκοντα.* Et idem ad v. 502: *Νόμος ἦν Ἀθηναίοις μήπω τινὰ ἐτῶν λ' γεγονότα μήτε δρᾶμα ἀναγινώσκειν ἐν θεάτρῳ μήτε δημηγορεῖν. — ἐπιβὰς δὲ ἤδη τοῦ λ' ἔτους καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῶν Νεφελῶν ποιήσας δι' ἑαυτοῦ διδάσκει.*

nantium non erat certa aetas *) ita multo minus poetas annorum gravitate aestimabant: nec comparari potest ad scholiastarum auctoritatem firmandam illa lex, qua qui choris sumtus suppeditabant, annum debebant agere quadragesimum, cuius legis longe diversa fuit ratio et consilium, vid. Aeschin. in Timarchum § 12, eaque dudum in oblivionem venerat, vid. quae dixi in Comment. p. 86 infra. Ac nunquam eiusmodi legem, qua poetarum aetas certis finibus circumscriberetur, Athenis valuisse, luculenter ostendunt principum poetarum exempla, siquidem Aeschylus annos natus quinque et viginti, Sophocles annum agens duodetricesimum, Euripides quinto et vicesimo aetatis anno primum tragoedias commiserunt.

Ut igitur ista lex nulla fuerit, tamen vel illae difficultates, quas dixi, poterant iuvenem poetam a proposito deterrere, maximeque si quis comoediam docturus erat: nam magnum sane facinus, hominem adolescentulum coram civibus nobilissimis eruditissimisque universam rempublicam sub iudicium vocare. Et Aristophanes quoque libere fatetur hoc ipsum sibi obstitisse, quominus continuo ipse fabulam doceret: quemadmodum dicit in Parabasi Equitum v. 514:

Φησὶ γὰρ ἀνὴρ
οὐχ ὑπ᾽ ἀνοίας τοῦτο πεπονθὼς διατρίβειν, ἀλλὰ νομίζων
κωμῳδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων.

---

*) Illud quoque, quod de comitiorum ordine et lege disserunt isti grammatici, falsum et ommenticium est: arguit hoc praeter alios Xenophon Memor. III 6: *Γλαύκωνα δὲ τὸν Ἀρίστωνος, ὅτ᾽ ἐπεχείρει δημηγορεῖν ἐπιθυμῶν προστατεύειν τῆς πόλεως, οὐδέπω εἴκοσιν ἔτη γεγονώς, ὃν τῶν ἄλλων οἰκείων τε καὶ φίλων οὐδεὶς ἠδύνατο παῦσαι ἑλκόμενόν τε ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ καταγέλαστον ὄντα, Σωκράτης δὲ — μόνος ἔπαυσεν.* At ostendit hic ipse locus, id quod consentaneum est, adolescentulorum exiguam in concionibus fuisse auctoritatem, sapienterque antiqui statuerunt, ut qui aetate ceteros superarent, prius verba facerent quam aetate minores, vid. Aeschin. in Ctesiph. § 2.

Iam deinceps difficultatem huius professionis maximeque levitatem Atheniensium commemorat:

Πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι,
ὑμᾶς τε πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας,
καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν ἅμα τῷ γήρᾳ προδιδόντας.

Haec autem Magnetis, Cratini, Cratetis exemplis satis luculentis illustrat, qui licet artis comicae principes, saepe tamen adversam populi voluntatem experti erant: haec igitur potissimum exempla summorum poetarum metum sibi iniecisse, ita ut diu cunctatus sit:

Ταῦτ᾽ ὀρρωδῶν διέτριβεν ἀεί.

Itaque cum in Nubium parabasi v. 530 eandem rem tangit,

Κἀγώ, παρθένος γὰρ ἔτ᾽ ἦ, κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν,
ἐξέθηκα, παῖς δ᾽ ἑτέρα τις λαβοῦσ᾽ ἀνείλετο,

profecto non lege aliqua, quae nulla fuit, se a scribendo deterritum esse dicit, sed illam ipsam verecundiam, quae decet iuvenem poetam, significat.

At Aristophanes cum germanus esset poeta divinoque quasi impetu ageretur, ea quae diu multumque secum volverat et in omnes partes versaverat, non potuit longius abscondere aut reiicere, itaque aliena opera usus in medio proposuit. Sed ut suo ordine procedat disputatio, primum quae veteres grammatici hac de re memoriae prodiderunt, examinanda sunt. Et primo quidem loco commemorandum testimonium veteris grammatici, qui de comoedia scripsit p. XXIX ed. Iuver. p. 536 20 ed. Mein. *Ἀριστοφάνης Φιλίππου Ἀθηναῖος, μακρολογώτατος Ἀθηναίων καὶ εὐφυΐᾳ πάντας ὑπεραίρων, ζηλῶν δὲ Εὐριπίδην, τοῖς δὲ μέλεσι λεπτότερος. Ἐδίδαξε δὲ πρῶτος* (recte Bekkerus *πρῶτον*) *ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου· τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς τούτῳ φασὶν αὐτὸν διδόναι, τὰ δὲ κατ᾽ Εὐριπίδου καὶ Σωκράτους Φιλωνίδῃ· διὰ δὲ τοῦτο νομισθεὶς ἀγαθὸς ποιητὴς τοὺς λοιποὺς ἐπιγραφόμενος ἐνίκα. Ἔπειτα τῷ υἱῷ ἐδίδου τὰ δράματα, ὄντα τὸν ἀριθμὸν νδ΄, ὧν νόθα δ΄.* Hic grammaticus, ut alias fide dignissimus, ita

hic quoque praeter ceteros sequendus est: docet autem Aristophanem primam comoediam exhibuisse Diotimo praetore per Callistratum, et postea eodem pacto plures comoedias aut per hunc Callistratum aut per Philonidem spectandas exhibuisse: postea vero, cum satis iam sibi suaeque apud populum gratiae confideret, suum nomen publice esse professum, et ipsum in certamen progressum esse, senem denique aliquot dramata Araroti filio concessisse: omnino autem Aristophanis comoedias esse quinquaginta quattuor. Hoc igitur primum constat, *primam fabulam Aristophaneam hoc est Daetalenses Callistrati nomine Olymp. LXXXVIII 1 commissam esse.* Consentit auctor vitae Aristophaneae p. 542 ed. Mein. *Εὐλαβής τε σφόδρα γενόμενος τὴν ἀρχὴν ἄλλως τε εὐφυὴς τὰ μὲν πρῶτα διὰ Καλλιστράτου καὶ Φιλωνίδου καθίει δράματα· διὸ καὶ ἔσκωπτον αὐτὸν Ἀριστώνυμός τε καὶ Ἀμειψίας, τετράδι λέγοντες αὐτὸν γεγονέναι κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς ἄλλοις πονοῦντα. ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἠγωνίσατο.* Dicit igitur hic Grammaticus Aristophanem prae verecundia non ipsum suum nomen apud praetorem professum esse, sed Callistrato et Philonide (iure primum locum tribuit Callistrato) usum esse, qui ipsius fabulas docerent. Denique in fine illius vitae p. 545 haec leguntur: *Ὑποκριταὶ Ἀριστοφάνους Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Φιλωνίδου τὰ δημοτικά, διὰ δὲ Καλλιστράτου τὰ ἰδιωτικά.* Confirmat hic quoque locus, de quo postea dicetur accuratius, prius Callistrati nomine usum esse Aristophanem: sed hoc quidem testimonio, cum primum illud sit locupletissimum, facile possumus carere.

Eiusdem Callistrati nomen adhibuit Aristophanes anno post Olymp. LXXXVIII 2 cum *Babylonios* scripsisset, quod constat non dubio Photii p. 499 1 et Suidae testimonio *Σαμίων ὁ δῆμος· — τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ' ἐπὶ Εὐκλέους.* Rursus anno post Olymp. LXXXVIII 3 idem Callistratus Aristophanis *Acharnenses* docuit, quod constat

huius comoediae didascalia: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος* *) *ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν, δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· οὐ σώζεται. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις.* At vero anno 4 eiusdem Olymp. ipse Aristophanes suo nomine docuit *Equites*, vid. didasc. *Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους, πρῶτος ἐνίκα, δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις, τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις.* Sed de hac re dicetur infra. Iam Aristophanes postea quoque antiquum obtinuit morem noluitque ipse fabulae docendae labores suscipere: itaque Olymp. XCI 2 cum *Aves* doceret, rursus Callistrati opera usus est, vid. Didasc. Avium: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισιν, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ*, et rursus alius Grammaticus ibidem: *Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου.* Denique cum *Lysistratam* scripsisset poeta, Olymp. XCII 1 itidem illam comoediam Callistrato concessit, vid. Didasc. *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος. εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου.* Quinque igitur comoedias, *Daetalenses*, *Babylonios*, *Acharnenses*, *Aves*, *Lysistratam* Callistratum Aristophanis hortatu docuisse veterum grammaticorum auctoritate constat: consentaneum autem est, plures praeterea fabulas Aristophaneas a Callistrato fuisse inductas, quandoquidem hoc certissimum est, admodum raro ipsum Aristophanem comoediae docendae laborem subiisse.

At Aristophanes non solum Callistratum, sed etiam Philonidem ipsius dramata docere iussit, id quod illi grammatici, quorum testimonia supra adscripsi, dilucide affirmant. Quod si illi Grammatici satis plana et accurata oratione uterentur, sane inde conficeres Aristophanem Philonidis opera iam

---

*) Legendum est *Εὐθύνου*, ita enim vocabatur archon illius anni, quemadmodum nunc constat auctoritate inscriptionis, quam nuper edidit Rossius.

ante Olymp. LXXXVIII 4 h. e. ante annum, quo Equites docuit ipse, usum esse: at isti obscurius iustoque brevius rem difficillimam exponunt, quasi si Aristophanes postquam semel suo nomine spectandam exhibuerit comoediam, non iam amplius illos in societatem vocaverit: quod quam sit perversum apparet, cum etiam postea Callistrati auxilio adiutum fuisse poetam viderimus. Et pariter Aristophanes Philonidis nomen prae se tulit post Olymp. LXXXVIII 4, namque Olymp. LXXXIX 2 duas simul fabulas Philonidi mandavit, *Vespas* et *Proagonem*, vid. didascal. Vesparum, quae sic in cod. Ravennate exhibetur: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει ὀλυμπιάδι. β' ἦν εἰς Λήναια· καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προαγῶνι, Λεύκων Πρέσβεσι γ'.* Nolo hominum doctorum de hoc loco sententias enumerando percensere, illud tantum adiicio mihi olim illud maxime offensioni fuisse, quod bis commemoratus sit Philonides: etenim censebam non licuisse poetae una eademque solennitate duos simul choros impetrare a praetore: at lege hoc sancitum fuisse nullo dilucido testimonio demonstrare possum, quamquam sane per se est consentaneum admodum raro poetam duos choros aut petivisse aut etiam impetrasse a praetore: nam cum tribus tantum tragicis tetralogiis totidemque comoediis chori publico sumptu concederentur, multique simul poetae hunc honorem peterent, profecto praetor magnam sibi invidiam conflasset, si duos choros uni poetae tribuisset: at fieri sane potuit, ut unus poeta, cum bina dramata praeter cetera insignia et praetori probata attulisset, aut cum forte ceteri aemuli conticuissent, binos choros acciperet: idque accidisse puto illo ipso Amyniae anno: quare iam missam facio illam coniecturam, quam olim etiam Meinekius proposuerat: *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Καλλιστράτου ἐν τῇ πθ' Ὀλυμπιάδι· δεύτερος ἦν. εἰς Λήναια. καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προαγῶνι, Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος.* Quam coniecturam etiam alio argumento firmaturus eram, quod Callistratus plerumque ea recepit dramata, quae publicas perstringebant

res. At non licet temere didascaliarum fidem labefactare, quod si feceris omnia omnino fundamenta subtraxeris interpretationi cognitionique accuratiori veteris Atticae comoediae. Itaque hoc quidem iam certum sit dubitationique exemtum, Olymp. LXXXIX 2 Aristophanem duas simul comoedias, *Vespas* et *Proagonem* Philonidi tribuisse: recte enim homines docti statuerunt Proagonem non Philonidis aliquam esse comoediam, nulli cognitam, sed nobilem illam Aristophanis fabulam. Deinde Olymp. XCI 2 *Amphiaraum* per Philonidem docuit, vid. didascal. Avv. *Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου, εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου.* Philonidis nomen rursus legitur in didascalia Ranarum: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια· πρῶτος ἦν, Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι.* Itaque Ol. XCIII 3 Philonidis opera usus est Aristophanes. Et haec quidem certa sunt et grammaticorum auctoritate firmata: iam ad dubia veniamus. Doctus ille fideque dignus grammaticus, dicit p. 537: *τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς τούτῳ (Καλλιστράτῳ) φασὶν αὐτὸν διδόναι, τὰ δὲ κατ' Εὐριπίδου καὶ Σωκράτους Φιλωνίδῃ.* Cuius grammatici fidem non sublevant ea, quae leguntur in fine vitae Aristoph. p. 545: *Ὑποκριταὶ Ἀριστοφάνους Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Φιλωνίδου τὰ δημοτικά, διὰ δὲ Καλλιστράτου τὰ ἰδιωτικά.* Meinekius voluit transponendo haec corrigere, ut iam cum illis congruerent: at de huius testimonii auctoritate dicetur infra. Illud profecto recte prodidisse censendus est grammaticus, qui vera et recta referre solet, Philonidem docuisse ea Aristophanis dramata, quae potissimum in Euripidem et Socratem scripta erant: iam etsi nulla fere Aristophanis comoedia est, in qua pepercerit Euripidi (nam vel eae fabulae, quas a Callistrato commissas esse constat, quaeque alio tendunt, tamen gravissimas Euripidis vexationes continent, velut Acharnenses) tamen est, quae unice hoc agat propositumque habeat, *Ranae*, comoedia nobilissima, quam Aristophanem Philonidi tradi-

disse constat: hanc igitur (et fortasse praeterea Proagonem, quae fabula etiam in Euripidis arte exagitanda versabatur, quaeque et ipsa Philonidis nomine commissa est), quin respexerit ille grammaticus, nemini poterit iam esse dubium. Atque in Socratem quidem, etsi hunc philosophum alias quoque laesit comicus poeta, potissimum scripta fuit comoedia longe famosissima Nubes, quae docta est Olymp. LXXXIX 1 cuius fabulae haec est didascalia: *Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐν ἄστει ἐδιδάχθησαν ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ· διόπερ Ἀριστοφάνης διαρριφθεὶς παραλόγως ᾠήθη δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας ἀπομέμφεσθαι τὸ θέατρον.* Quae quidem didascalia nequaquam arguit, id quod vulgo existimant, ipsum Aristophanem suo nomine hanc comoediam docuisse, non magis quam illa, quae infra leguntur ibidem: *τὴν μὲν κωμῳδίαν καθῆκε κατὰ Σωκράτους κτλ.* aut alii loci, quos forsitan quis congerat ad vulgarem illam opinionem firmandam. Nihil enim idonei argumenti ad illam opinionem stabiliendam petas ex scholiasta Nub. v. 526: *οὔπω ἐπέτρεπον ἐμαυτῷ λέγειν διὰ τὴν αἰδῶ· οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ ἐξ ἀρχῆς καθῆκε τὰ δράματα ὁ ποιητής, εὐλαβὴς σφόδρα ὤν, ἀπὸ δὲ τῶν Ἱππέων ἤρξατο δι' ἑαυτοῦ εἰσιέναι.* Namque nihil aliud dicit scholiasta, quam Aristophanem primum ipsum docuisse Equites: iam cum viderimus etiam postea saepenumero eum Callistrati et Philonidis opera in choris docendis usum esse, nihil hoc spectat ad Nubes. At meam sententiam prorsus refutare videtur scholiasta Victor. ad Nubb. v. 502: *Ἐπιβὰς δὲ ἤδη τοῦ λ' ἔτους καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῶν Νεφελῶν ποιήσας δι' ἑαυτοῦ διδάσκει καὶ αἰτεῖ παρὰ τῶν θεατῶν ἃ δεῖ γενέσθαι αὐτῷ, ἤτοι τὸ νικῆσαι τῷ δράματι.* At auctor illius scholii longe imperitissimus homo, qui legem illam commenticiam de poetarum aetate describenda crepet, qui recitari fabulas dicat, qui nihil audiverit de Nubium altera recensione (namque hanc, quam tractabat, ipsam illam antiquam fabulam existimavit nec offensus est parabasi) multaque praeterea alia temere commentus sit,

fide prorsus indignus est censendus, cum dicit ipsum Aristophanem hoc drama docuisse: namque cum cognovisset inde ab LXXXVIII 4 Aristophanem etiam ipsum docendae fabulae discrimen subiisse, censuit illum in reliquis comoediis non iam amplius alienam operam ascivisse: sed illius hominis errores refutare nihil attinet: quin potius sequar, nisi quis idoneis testimoniis contrarium evincat, veteris illius grammatici auctoritatem, qui non obscure significat, Philonidem fuisse, cui poeta commiserit hanc comoediam. Et fortasse tunc primum Aristophanes socium sibi adiunxit Philonidem: certe nequit demonstrari, quod supra quoque significavi, iam ante illum annum hunc ab Aristophane ascitum esse: auctor enim vitae cum dicit: *τὰ μὲν πρῶτα διὰ Καλλιστράτου καὶ Φιλωνίδου καθίει δράματα*, nequaquam hoc dilucide affirmat, ante quam Equites doceret, Aristophanem et Callistrato et Philonide usum esse, sed quam brevissime potuit rem exposuit, et cum hoc significare vellet, Aristophanem, cum initio vereretur ipse drama docere, alienaque ope niteretur, primum ipsum Equites commisisse, statim adiunxit Callistrati et Philonidis nomina, quorum industriam et studium Aristophanes saepissime etiam postero tempore adhibuit: eodemque pacto intelligenda sunt, quae vetus ille grammaticus dicit p. 537: *Ἐδίδαξε δὲ πρῶτον ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου· τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς τούτῳ φασὶν αὐτὸν διδόναι, τὰ δὲ κατ' Εὐριπίδου καὶ Σωκράτους Φιλωνίδῃ· διὰ δὲ τοῦτο κτλ.* Philonides igitur docuit *Nubes I.*, *Vespas*, *Proagonem*, *Amphiaraum*, *Ranas*, et quod quidem consentaneum est, alias praeterea ex posterioribus poetae fabulis.

Namque equidem existimo admodum raro ipsum Aristophanem fabulae docendae periculum subiisse: et primum quidem Equites ipse commisit, de quibus dixi supra, deinde Pacem, vid. Didasc. *Ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου, ἐν ἄστει. πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτερσιν.* Et fortasse etiam alteram Pacem ipse docuit, siquidem ibidem legitur: *Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις καὶ ἑτέραν δε-*

διδαχὼς Εἰρήνην ὁμοίως ὁ Ἀριστοφάνης· ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Nam quod ille didascaliarum auctoritatem testatur, apparet in iis bis duobus annis et Aristophanis et Pacis nomen lectum esse, nam si alteram Pacem vel Callistrato vel Philonidi tribuisset, alterius profecto nomen in didascaliarum monumentis esset perscriptum: atque veri simile est, eam fabulam, quam suo nomine docuerat poeta, etiam cum repeteret, ipsum commisisse. Denique *Plutum* cum doceret, Aristophanes ipse suum est professus nomen, vid. Didasc.: Τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, τὸν υἱὸν αὐτοῦ συστῆσαι Ἀραρότα τοῖς θεαταῖς βουλόμενος, τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα. *Thesmophoriazusarum I.* et *Ecclesiazusarum* cum nulla extet didascalia, utrum ipse poeta an per alios commiserit, diiudicari nequit.

Iam postquam examinavimus, quae veteres grammatici fide digni quaeque didascaliarum monumenta exhibent de Callistrato et Philonide, accedere possumus ad ea, quae ipse Aristophanes in comoediis de hac re prodidit, quae tum demum clara in luce collocari possunt, ubi adhibueris ista, quae modo recensuimus testimonia: tertio denique loco memorandae sunt scholiastarum adnotationes, quae quoniam maximam partem pro arbitrio Aristophanis orationi, quemadmodum interpretes illi intellexerant, accommodatae sunt, non sine aliqua cautione usurpari possunt. Et ipse quidem poeta in Equitibus, quam comoediam suo nomine docuit, dicit v. 512:

Ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησιν πολλοὺς αὐτῷ προσιόντας
καὶ βασανίζειν, ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν,
ἡμᾶς ὑμῖν ἐκέλευσε φράσαι περὶ τούτου· φησὶ γὰρ ἀνὴρ
οὐχ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθὼς διατρίβειν, ἀλλὰ νομίζων
κωμῳδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων.
πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι,

ὑμᾶς τε πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας,
καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν ἅμα τῷ γήρᾳ προδιδόντας.

Hoc enim dicit poeta, sibi nunc, ubi primum ipse drama doceat, rationem reddendam esse, quod id non prius fecerit, sed aliis fabulas docendas tradiderit; praesertim cum multi iam ipsum de hac re percontati sint. Deinde causas, quas secutus sit, recenset: difficillimam esse artem comicam, quae paucis quibusdam bene processerit: se igitur antea experiri voluisse, quid vires valeant ferre: denique magnam esse Atheniensium levitatem et inconstantiam in poetis iudicandis: quae quanta qualisque sit Magnetis, Cratini, Cratetis exemplis illustrat. Itaque ipsius operis difficultas et verecundia quaedam atque metus, neque vero lex, quam fingunt scholiastae illi, Aristophanem absterruit, quominus ipse suum profiteretur nomen. Deinde in fine parabasis v. 541 aliud addit:

Ταῦτ᾽ ὀρρωδῶν διέτριβεν ἀεὶ καὶ πρὸς τούτοισιν ἔφασκεν
ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν,
κᾆτ᾽ ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι,
κᾆτα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῷ.

Contendit igitur poeta prudenter tam arduum ac difficile opus esse aggrediendum, neque statim summum honorem expetendum: quam sententiam non inscite imagine aliqua ex rebus navalibus petita illustrat: in qua illud noli nimis efferre, quod tria quasi genera distinxit, neve inde coniicias, sic etiam in comici poetae munere tres quasi gradus dispescendos esse: verum nihil aliud hoc exemplo docet poeta, quam quemadmodum in navi primum quis remigio adiunctus aliorum imperiis obediat, post in prora ventum observet, denique ad clavum regendum accedat, ita etiam in comica arte sensim et quasi per gradus summum fastigium esse petendum: significat igitur poeta nihil aliud quam se primum aliis poetis honorem lubenter concessisse eorumque imperio subiunctum fuisse, nunc demum ab praetore chorum

petere ausum esse. Sin tamen haec minus placent, possis sane etiam tria genera distinguere, ut poeta primum aliis particulas quasdam fabularum suppeditaverit, eosque ita in scribendo adiuverit, quemadmodum ipsum Aristophanem in Equitibus ab Eupolide scimus subornatum esse, (ut hoc sit *ἐρέτην γενέσθαι*), deinde ut poeta suas comoedias aliis docendas commiserit, quo quae populi esset voluntas observaret (hoc enim est *πρῳρατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι*) denique ut ipse suo nomine dramata docuerit. Et hanc verecundiam ait dignam esse, quae summa decoretur laude:

Τούτων οὖν οὕνεκα πάντων,
ὅτι σωφρονικῶς κοὐκ ἀνοήτως ἐσπηδήσας ἐφλυάρει,
αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις
θόρυβον χρηστὸν ληναΐτην,
ἵν' ὁ ποιητὴς ἀπίῃ χαίρων,
κατὰ νοῦν πράξας
φαιδρὸς λάμποντι προσώπῳ.

Deinde in Vespis, quam comoediam docuit Philonidis nomine Olymp. LXXXIX 2, cum anno ante Nubes priores parum placuissent spectantibus, rursus suam collaudat verecundiam suamque integritatem v. 1016:

Μέμψασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητὴς νῦν ἐπιθυμεῖ·
ἀδικεῖσθαι γάρ φησιν πρότερος πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποιηκώς,
τὰ μὲν οὐ φανερῶς, ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἑτέροισι ποιηταῖς,
μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν,
εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.
μετὰ τοῦτο δὲ καὶ φανερῶς ἤδη κινδυνεύων καθ' ἑαυτὸν
οὐκ ἀλλοτρίων, ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἡνιοχήσας.

Dicit igitur se semper populi Atheniensis commodum, cum primum fabulas scripserit, spectavisse, et cum alieno nomine uteretur et cum ipse fabulas doceret: quod dicit se tanquam Euryclem aliquem aliorum personas induisse et per alios

poetas multa risu digna et faceta in medium protulisse, pertinet ad illas fabulas, quas iuvenis scripsit et per Callistratum docuit, Daetalenses maxime, Babylonios, Acharnenses: quod dicit postea se ipsum periculum fabulae docendae subiisse, (quemadmodum supra in Equitibus dixit: *ως οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καϑ' ἑαυτὸν*) neque tamen in ea re aliena ope adiutum esse, Equites intelligit, quam comoediam cum docuit, sane in gravi versatus est discrimine, sed maxima ornatus laude victor discessit: criminati tamen sunt adversarii, Aristophanem plurima Eupolidi debere, ipseque Eupolis in Baptis dixit postea Fr. XVI:

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Ab his igitur malevolorum hominum criminibus se purgare studet poeta: Eupolidem autem potissimum peti, arguunt vel illa quae subsequuntur:

Ἀρϑεὶς δὲ μέγας καὶ τιμηϑεὶς ὡς οὐδεὶς πώποτ' ἐν ὑμῖν
οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρϑεὶς οὐδ' ὀγκῶσαι τὸ φρόνημα,
οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν, οὐδ' εἴτις ἐραστὴς
κωμῳδεῖσϑαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευδε πρὸς αὐτόν,
οὐδενὶ πώποτέ φησι πιϑέσϑαι, γνώμην τιν' ἔχων ἐπιεικῆ,
ἵνα τὰς Μούσας, αἷσιν χρῆται, μὴ προαγωγοὺς ἀποφήνῃ.

Recte enim puto scholiasta animadvertit haec potissimum ad Eupolin, Aristophanis aemulum esse referenda (*δι' Εὔπολιν· ἐν Αὐτολύκῳ δὲ τοιαῦτα φήσιν*) quamquam sane Autolycum fabulam, quae aliquanto post est docta, non potuit Aristophanes in Vespis notare: namque prior Autolycus *) docta

---

*) Autolyci memoria in mentem mihi revocat duos locos, unum Diodori, Pausaniae alterum, qui graviter depravati sunt: etenim apud Diodorum XIV 5 est: *ἀνεῖλον δὲ καὶ Αὐτόλυκον, ἄνδρα παρρησιαστὴν καὶ καϑόλου τοὺς χαριεστάτους ἐπέλεγον.* Quod corruptum esse vel adiecta vox *ἄνδρα* indicat, scribendum *ἄ ν δ ρ α π α γ κ ρ α τ ι α σ τ ή ν.* Pausaniae locus est I 23 10: *Τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον τὸν παγκρατιαστὴν καὶ Φορ-*

est Olymp. LXXXIX 4, Vespae autem Olymp. LXXXIX 2. His subiicit poeta:

Οὐδ᾽ ὅτε πρῶτόν γ᾽ ἦρξε διδάσκειν, ἀνθρώποις φήσ᾽ ἐπιθέσθαι *)
ἀλλ᾽ Ἡρακλέους ὀργήν τιν᾽ ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖν,
θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,
οὗ δεινόταται μὲν ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο
περὶ τὴν κεφαλήν, φωνὴν δ᾽ εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
φώκης δ᾽ ὀσμήν, Λαμίας δ᾽ ὄρχεις ἀπλύτους, πρωκτὸν δὲ καμήλου.

Quae de Cleone dicit non possunt ad Babylonios et Acharnenses referri, etsi ne in illis quidem comoediis viro isti populari tunc longe potentissimo pepercit, verum ut apparet ex his verbis *ὅτε πρῶτόν γ᾽ ἦρξε διδάσκειν*, ad eam fabulam, quam ipse suo nomine primam docuit, ad Equites, quae comoedia tota in Cleonis nomine vexando versatur. Pergit deinde poeta:

Τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὔ φησιν δείσας καταδωροδοκῆσαι,
ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖ· φησίν τε μετ᾽ αὐτοῦ
τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν,
οἳ τοὺς πατέρας τ᾽ ἦγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον,
κατακλινόμεναί τ᾽ ἐπὶ ταῖς κοίταις ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν

μίωνα τὸν Ἀσωπίχου γραψάντων ἑτέρων παρίημι. Scribendum est: *Αὐτόλυκον.*

*) *Ἀνθρώποις* displicet, conieci aliquando *νάννοισιν*, quemadmodum in Pace v. 786 *νannοφυεῖς* dixit, et in Cocalo ap. Gell. XIX 13 hoc ipsum *νάννος* posuit.

Ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων,
ὥστ' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν πολέμαρχον.

Hoc enim dicit, se nec metu nec spe eo adduci potuisse, ut Cleoni parceret, sed postea quoque graviter insectatum esse improbos illos calumniatores, qui arcta quadam societate cum Cleone coniuncti erant: dicit autem *Holcades* comoediam, quod suo loco demonstravi. In extrema denique Vesparum parabasi conqueritur de inconstantia Atheniensium, qui poetae, cum a rebus publicis animum revocasset et altius aliquod argumentum petivisset, divinum consilium parum perspexerunt ipsique poetas longe inferiores antetulerunt:

Τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον τῆς χώρας τῆσδε καθαρτὴν
πέρυσιν καταπρούδοτε καινοτάταις σπείροντ' αὐτὸν διανοίαις,
ἃς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς.
καί τοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον
μὴ πώποτ' ἀμείνον' ἔπη τούτων κωμῳδικὰ μηδέν' ἀκοῦσαι κτλ.

Haec igitur Aristophanes in Vespis, quas docuit Philonidis nomine, de sua poesi exponit: congruunt fere quae dicit in parabasi Nubium posteriorum, maxime v. 520:

Οὕτω νικήσαιμί τ' ἐγὼ καὶ νομιζοίμην σοφός,
ὡς ὑμᾶς ἡγούμενος εἶναι θεατὰς δεξιούς,
καὶ ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν,
*πρώτους *) ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἣ παρέσχε μοι*
ἔργον πλεῖστον· εἶτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν
ἡττηθείς, οὐκ ἄξιος ὤν· ταῦτ' οὖν ὑμῖν μέμφομαι
τοῖς σοφοῖς, ὧν οὕνεκ' ἐγὼ ταῦτ' ἐπραγματευόμην.

Dicit enim se in Nubibus componendis plurimum laboris studiique collocasse, Athenienses tamen sapienter subtiliter-

---

*) Fortasse legendum est: πρῴους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς. Nam πρώτους quidem ferri non potest: hoc enim conqueritur poeta, quod nimis mature, quod iusto citius Atheniensibus, qui eiusmodi comoedias tunc non satis intelligere valuerint, Nubes exhibuerit.

que excogitata parum perspexisse: neque vero se omnem spem abiecisse, itaque fabulae iterandae periculum se fecisse, quoniam inde ab eo tempore, quo primum comoedias docuerit, benevolam spectantium voluntatem sit expertus:

'Αλλ' οὐδ' ὣς ὑμῶν ποθ' ἑκὼν προδώσω τοὺς δεξιούς.
ἐξ ὅτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν,
ὁ σώφρων τε χὼ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην,
κἀγώ, παρθένος γὰρ ἔτ' ἦ, κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν,
ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο,
ὑμεῖς δ' ἐξεθρέψατε γενναίως κἀπαιδεύσατε,
ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῖν γνώμης ἔσθ' ὅρκια.

Confitetur igitur se in prima fabula, in Daetalensibus, docenda adhibuisse alienam industriam, atque cum haec comoedia probata esset populo, eas, quae illam secutae sint, pariter placuisse omnes. Iam mitto ea quae subsequuntur, quae etsi satis bene Aristophanis poesin illustrant, nihil tamen pertinent ad hanc de qua agitur rem.

At vero Pacis, quam comoediam ipse Aristophanes suo docuit nomine, parabasis adhibenda est, in qua primum aemulos poetas perstringit, qui parum tempestive se ipsi collaudent, v. 734:

Χρῆν μὲν τύπτειν τοὺς ῥαβδούχους εἴ τις κωμῳδοποιητὴς
αὐτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις.
εἰ δ' οὖν εἰκός τινα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις ἄριστος
κωμῳδοδιδάσκαλος ἀνθρώπων καὶ κλεινότατος γεγένηται,
ἄξιος εἶναί φησ' εὐλογίας μεγάλης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν.

Se igitur si quem alium celebri praeconio dignum esse libere profitetur: omnino autem haec oratio prorsus conformata est ad similitudinem eorum, quae dixit poeta in parabasi Acharnensium, quam comoediam Callistratus docuit, conferas v. 628 et quae sqq. Iam in Pacis parabasi exponit poeta quo modo comicam artem ex humili extulerit et ornaverit:

Πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνθρώπων κατέπαυσεν

εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεὶ καὶ τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας,
τούς θ' Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους,
τοὺς φεύγοντας κἀξαπατῶντας καὶ τυπτομένους ἐπίτηδες
ἐξήλασ' ἀτιμώσας πρῶτος καὶ τοὺς δούλους παρέλυσεν
οὓς ἐξῆγον κλάοντας ἀεὶ κτλ.

quae quidem spectant ad Daetalenses, de qua re infra dixi, sive ad Babylonios referre malis, certe ad unam aliquam ex antiquis illis fabulis, quas Callistratus docuit. Tum pergit:

Τοιαῦτ' ἀφελὼν κακὰ καὶ φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ
ἐποίησε τέχνην μεγάλην ὑμῖν κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας
ἔπεσιν μεγάλοις καὶ διανοίαις καὶ σκώμμασιν οὐκ ἀγοραίοις,
οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας,
ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων κτλ.

contendit enim se semper magnum aliquid sibi proposuisse, gravissimosque viros insectatum esse, velut Cleonem in Equitibus: utitur autem non solum eadem sententia, sed etiam iisdem plane verbis, quae scripserat in parabasi Vesparum, quam fabulam per Philonidem exhibuit. Denique in fine parabasis Eupolin tangit:

Καὶ γὰρ πρότερον πράξας κατὰ νοῦν οὐχὶ παλαίστρας περινοστῶν
παῖδας ἐπείρων, ἀλλ' ἀράμενος τὴν σκευὴν εὐθὺς ἐχώρουν,
παῦρ' ἀνιάσας, πόλλ' εὐφράνας, πάντα παρασχὼν τὰ δέοντα.

Atque in eandem prorsus sententiam disputaverat in parabasis Vesparum initio h. e. in ea fabula, quae Philonidis nomen prae se tulit.

Examinavimus omnes Aristophanearum fabularum parabases, in quibus aliquid legitur, quod ad hanc quaestionem pertinet, praeter Acharnenses, quam fabulam consulto praetermisi. Iam vero hoc liquido colligimus ex parabasi Equi-

tum ante Olymp. LXXXIX 4 Aristophanem nunquam suum nomen professum esse, sed aliorum operam in fabulis docendis ascivisse, id quod prorsus congruit cum iis, quae didascaliarum monumenta et qui illa sequuntur veteres grammatici prodiderunt, ita ut omnes hominum quorundam doctorum dubitationes sint inanes. Iam illos, quos in societatem laboris vocavit poeta, etsi non nominat, tamen non dubitari potest, quin in hac quoque re fides habenda sit illis auctoribus, modo quos dixi, qui magno consensu Callistratum et Philonidem fuisse perhibent, ita quidem ut primum Callistrato tantum usus sit Aristophanes, postea etiam Philonidem adhibuerit. At quaeritur iam qui fuerint isti, quorum amicitiam et auxilium tam saepe impetraverit poeta. Et Philonidem quidem Suidas et Eudocia v. *Φιλωνίδης poetam* fuisse *comicum* produnt; ad poesin autem accessit, cum ante sive pictoriam, sive fulloniam artem factitasset, namque lectio variat, vid. Meinek. vol. I p. 102. eiusque comoediae tres recensentur, *Φιλέταιρος*, *'Απήνη*, *Κόθορνοι*, atque extant etiam nunc plures comoediarum reliquiae apud optimos et fide dignissimos auctores, ita ut nihil mirum videatur, si Aristophanes Philonidi eiusmodi negotium commiserit. At de Callistrato nihil prorsus aliunde compertum habemus, nisi quod eum Aristophanis fabulas aliquot docuisse didascaliarum monumenta et grammatici perhibent: at commode rem illustrat ipse Aristophanes, qui ait in parabasi Vesparum v. 1016:

Μέμψασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητὴς νῦν ἐπιθυμεῖ.
ἀδικεῖσθαι γάρ φησιν πρότερος πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποιηκώς,
τὰ μὲν οὐ φανερῶς, ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἑτέροισι ποιηταῖς,
μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν,
εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.

Loquitur de fabulis, quas ante Equites docuit, h. e. de Daetalensibus, Babyloniis, Acharnensibus, dicitque se per alios poetas, quos clam subornaverit, populo commoda multa

attulisse: dicit igitur Aristophanes aperte *poetas esse*, quorum operam sibi adsciverit, eodemque modo scholiasta disserit: *οὐκ ἐκ τοῦ φανεροῦ, φησίν, ἐπικουρεῖ ὁ ποιητὴς τοῖς θεαταῖς ὑμῖν, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ποιητῶν λάθρα, ἐπειδὴ διὰ Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου καθίει τινὰ τῶν δραμάτων. πρῶτον γὰρ δρᾶμα καθῆκε δι' ἑαυτοῦ τοὺς Ἱππέας.* Iam vero demonstrari non potest Aristophanem multum ante Vespas et Proagonem, h. e. ante Ol. LXXXIX 2. Philonidis industria usum esse, itaque cum poeta dicit *ἑτέροισι ποιηταῖς*, unum poetam h. e. Callistratum significat, quippe qui tres illas comoedias docuerit: itaque Callistratus quoque, id quod vel coniectura augurari deberemus, si idonea documenta deessent, comicus fuit poeta, ignobilis sane alioqui, nisi quod Aristophanem prompto studio adiuvit: at illa aetate Cratini, Aristophanis, Eupolidis principum gloria multorum mediocrium poetarum nomina prorsus obscuravit, quemadmodum Lycis ille, quem appellat Aristophanes in Ranis v. 14, absque hoc esset loco, plane delitesceret. Atque etiam si quis ostenderet, quod demonstrari non potest, ante Equites doctos Aristophanem iam Philonidis opera usum esse, tamen illa commemoratio ad Callistratum potissimum esset referenda, ita ut uterque poeta fuisse existimandus sit. Et quod aemuli poetae Aristophani hoc opprobrio verterunt, quod aliis laudem concederet suam, vid. scholiasta Platonis Apol. p. 19 C: *Ἀριστώνυμος δ' ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι καὶ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι τετράδι φασὶν αὐτὸν γενέσθαι, διότι τὸν βίον κατέτριψεν ἑτέροις ποιῶν· οἱ γὰρ τετράδι γεννώμενοι πονοῦντες ἄλλοις καρποῦσθαι παρέχουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἱστορεῖ· ταύτῃ δὲ καὶ Ἡρακλῆ φασὶ γεννηθῆναι*, id opprobrium profecto tunc alicuius est momenti, si poetae fuerunt et Callistratus et Philonides.

Iam igitur cetera, quae grammatici veteres de his perhibent, futiles existimandae sunt nugae, uti illud quod legitur apud auctorem vitae XXXIX 1: *Ὑποκριταὶ Ἀριστοφάνους Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα*

ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Φιλωνίδου τὰ δημοτικά, διὰ δὲ Καλλιστράτου τὰ ἰδιωτικά. Atque haec quidem omnino nego profecta esse ab illo, qui Aristophanis vitam conscripsit, grammatico, verum ut multa alia temere postea sunt adiecta: foede enim totus ille libellus est interpolatus, quod infra pluribus exemplis illustravi: atque inscitiam hominis arguit vel illud, quod Callistratum dicit fabulas, quae in privatis hominibus deridendis versentur, Philonidem comoedias, quibus universus populus Atheniensis rideatur, docuisse, id quod et res ipsa et aliorum grammaticorum testimonia redarguunt: non minus falsum est, quod dicit fuisse illos Aristophanis actores, quamquam id quidem etiam alii tradunt, hominesque docti fere omnes existimant. At fide prorsus indigni sunt, qui illos histriones fuisse dicunt: et scholiasta quidem Nubb. v. 510, qui temere legem illam commentus est, qua comicorum poetarum aetas certis coerceretur finibus, ita pergit: *διὰ τὸ μὴ τριακονταετὴς ἔτι ὑπάρχειν, ποιῶν δράματα διὰ Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου ἀνεγίνωσκεν εἰς τὸ θέατρον, ὧν ἓν ἦν τὸ τῶν Δαιταλέων λεγόμενον*, at hic quidem qui de fabulis recitandis, qui postea Romanorum fuit mos, cogitavit, prorsus ignoravit Atticae comoediae vim et rationem. Denique huc pertinet schol. Brunkii ad Nub. v. 531: (si tamen haec annotatio recentioris alicuius scholiastae, ac non potius hominis alicuius docti est,) *Δηλονότι ὁ Φιλωνίδης καὶ ὁ Καλλίστρατος, οἱ ὕστερον γενόμενοι ὑποκριταὶ τοῦ Ἀριστοφάνους.* At ostendit hic ipse locus, unde falsa illa opinio, Callistratum et Philonidem primarum partium actores fuisse, orta sit: nam quod *ὕστερον* additum est, arguit illum hominem, qui haec scripserit, quandoquidem viderit postea quoque Aristophanem eorundem hominum operam sibi adscivisse, cum tamen Aristophanes auctor comoediarum vulgo existimaretur, statuisse, primum quidem istos tanquam suas docuisse Aristophanis comoedias, postea autem in agendis fabulis primas suscepisse partes. Est igitur omnino illud, quod de histrionia arte illorum poetarum fertur, commenticium nullaque aucto-

ritate firmatum. Neque illos tanquam histriones commemorari, sed tanquam poetas ostendit ipsa orationis in didascaliarum monumentis conformatio, namque *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα διὰ Καλλιστράτου* aut *διὰ Φιλωνίδου* in didascaliis scribitur, quod profecto non dici potest de histrione, qui ipse quidem quae dicturus est meditatur et memoriae mandat, sed non chorum docet, quod poetae est officium, itaque modo *διδάσκαλος* sive *χοροδιδάσκαλος* sive *κωμῳδοδιδάσκαλος*, modo *ποιητὴς* sive *κωμῳδοποιητὴς* appellatur poeta: eodemque pacto veteres grammatici, quorum testimonia supra p. 908 et 909 adscripsi, *ἐδίδαξε (Ἀριστοφάνης) τὸ δρᾶμα διὰ Καλλιστράτου* dicunt. Pertinetque huc ipsum *τῶν διδασκαλιῶν* nomen, quod profecto poetas eorumque dramata, non histrionum levem artem spectat. Idem confirmat quod legitur in didascalia Avium: *Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου.* namque *καθιέναι* est *in certamen proferre*, i. q. alias *διδάσκειν* dicitur, quemadmodum grammaticus ille statim subiungit: *εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου.* Similiterque scholiasta Platon. p. 330 ed. Bekker. *ἐπεὶ ᾧ ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο, καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν καθῆκεν.* atque in didasc. Pacis *ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης πότερον τὴν αὐτὴν ἀ ν ε δ ί δ α ξ ε ν ἢ ἑτέραν κ α θ ῆ κ ε ν*, adde argum. IV Nubium: *τὴν μὲν κωμῳδίαν καθῆκε κατὰ Σωκράτους*, quod profecto nullo pacto ad histrionem referri potest. Denique in didasc. Lysistratae legitur: *εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου.* Namque hoc quoque verbum de poeta dici solet, uti est apud ipsum Aristophanem in Acharnens. v. 10:

Ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον,
ὁ δ' ἀνεῖπεν εἴσαγ', ὦ Θέογνι, τὸν χορόν.

Illustrat hanc rem etiam illud, quod de Ararote, Aristophanis filio refertur, qui et ipse patris comoedias docuit, neque tamen histrio magis quam poeta est habitus, nam de hac re eadem plane verba usurpantur, vid. didasc. Plut. *τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, τὸν*

υἱὸν αὐτοῦ συστῆσαι Ἀραρότα τοῖς θεαταῖς βουλόμενος, τὰ ὑπόλοιπα δύο δι᾽ ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα. Et grammaticus ille de comoedia: ἔπειτα τῷ υἱῷ ἐδίδου τὰ δράματα, scholiasta Platonis Apolog. p. 331: Τρεῖς δ᾽ εἶχεν υἱούς, Φίλιππον, τὸν τοῖς Εὐβούλου δράμασιν ἀγωνισάμενον, καὶ Ἀραρότα ἰδίοις τε καὶ τοῦ πατρὸς δράμασιν διηγωνισμένον, quae profecto nullum dubitationi locum relinquunt.

Ac nunc demum intelligi potest, cur tam diligenter ubique veteres grammatici in argumentis commemoraverint, cuius nomine Aristophanes fabulam docuerit: etenim in antiquis illis didascaliarum monumentis, quae collegerat Aristoteles, fuit nomen eius scriptum, qui a praetore chorum impetraverat fabulamque docuerat, sive is revera auctor erat, sive alius quis poeta: itaque veteres grammatici, quando annum, quo aliqua comoedia docta est, definiunt, addunt suone an alieno nomine poeta illam docuerit fabulam, quoniam sic demum qui evolvere volebat didascaliarum libros, notationem reperire potuit: ita est apud Athenaeum V p. 216 D: ἐπὶ τούτου (Ἀριστίωνος) Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. temere hoc adiecisset Athenaeus, si histrio primarum partium fuisset Demostratus, at quoniam in didascaliis Δημόστρατος Αὐτολύκῳ, neque vero Εὔπολις Αὐτολύκῳ scriptum erat, satis circumspecte egit grammaticus. Iam vero grammaticorum veterum studium et sedulitas in hac ipsa re est versata, ut investigarent, quis cuiusque fabulae auctor esset habendus, quae quaestiones cum essent difficillimae, et in magna obscuritate versarentur, graves sunt exortae dubitationes de multis fabulis: namque non solum antiquae comoediae poetae, sed etiam postea qui mediam illustraverunt, saepenumero aliis docendae fabulae negotium mandaverunt, itaque factum est, ut saepe duo tresve alicuius comoediae auctores a grammaticis perhiberentur: sed nolo haec nunc accuratius pertractare.

Verum ne illud quidem demonstrari potest locupletis ali-

cuius testimonii auctoritate, Aristophanem aliquando aut etiam saepius histrionis partes suscepisse, quamquam vulgo existimant ipsum poetam Cleonis partes egisse in Equitibus. Aristophanes quidem in Equitum parabasi nihil aliud dicit, quam se nunc demum a praetore chorum petiisse, et quod in Vespis legitur v. 1021:

Μετὰ τοῦτο δὲ καὶ φανερῶς ἤδη κινδυνεύων καθ' ἑαυτὸν
οὐκ ἀλλοτρίων, ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἡνιο-
χήσας,

nihil aliud significat, quam poetam, cum Equites doceret, primum fabulae docendae periculum fecisse. Auctor sane vitae p. XXXV dicit Aristophanem histrionis partes suscepisse: *Διεχθρεύσας δὲ μάλιστα Κλέωνι τῷ δημαγωγῷ καὶ γράψας κατ' αὐτοῦ τοὺς Ἱππέας, ἐν οἷς διελέγχει αὐτοῦ τὰς κλοπὰς καὶ τὸ τυραννικόν, οὐδενὸς δὲ τῶν σκευοποιῶν τολμήσαντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ σκευάσαι δι' ὑπερβολὴν φόβου, ἅτε δὴ τυραννικοῦ ὄντος, μηδὲ μὴν ὑποκρίνασθαί τινος τολμῶντος, δι' ἑαυτοῦ Ἀριστοφάνης ὑπεκρίνατο, αὐτοῦ τὸ πρόσωπον μίλτῳ χρίσας, καὶ αἴτιος αὐτῷ γέγονε ζημίας πέντε ταλάντων.* Eadem fere leguntur in argum. II Equitum: *ἐφ' οἷς μὴ ἐνεγκὼν Ἀριστοφάνης καθίησι τὸ τῶν Ἱππέων δρᾶμα δι' ἑαυτοῦ, ἐπεὶ τῶν σκευοποιῶν οὐδεὶς ἐπλάσατο τὸ τοῦ Κλέωνος πρόσωπον διὰ φόβον· καὶ τὰ μὲν πρῶτα κύπτει φοβούμενος, εἶτα προφανεὶς αὐτὸς ἀνεδίδαξε τὸ δρᾶμα.* In his unum aliquid verum est et ipsius Aristophanis auctoritate confirmatum, ex quo reliqua temere sunt conficta: namque ipse poeta fecit in Equitt. v. 225 antequam Paphlago servus h. e. Cleo in scenam prodit, Demosthenem haec dicentem:

Ἀλλ' εἰσὶν ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι
μισοῦντες αὐτόν, οἳ βοηθήσουσί σοι,
καὶ τῶν πολιτῶν οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ
καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶ δεξιὸς
κἀγὼ μετ' αὐτοῦ χὠ θεὸς ξυλλήψεται.
καὶ μὴ δέδιθ'· οὐ γάρ ἐστιν ἐξῃκασμένος.
ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελε

τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι· πάντως γε μὴν
γνωσθήσεται· τὸ γὰρ θέατρον δέξιον.

Nihil aliud dicit poeta, quam operariorum nullum ausum esse personam fabricari, quae Cleonis similitudinem referret: sed quamvis obscura sit Paphlagonis servi facies, tamen facile spectatores intellecturos esse, quem poeta significet: quae ad hunc locum unus scholiasta adscripsit, vera sunt: *πεπλασμένος πρὸς ὁμοιότητα· ἔθος γὰρ ἦν τοῖς κωμικοῖς ὅμοια τὰ προσωπεῖα ποιεῖν τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα φανεροὶ ὦσιν ὑπ' αὐτῶν, καὶ περιτιθέναι τοῖς ὑποκριταῖς.* At praepostere coniecta sunt, quae alius addit grammaticus, namque nihil his simile in Aristophane legitur: *Οὐκ εἶχεν αὐτοῦ προσωπεῖον διὰ τὸ δεδοικέναι τοὺς σκευοποιοὺς καὶ μὴ θέλειν μήτε πλάττειν μήτε σχηματίζειν τὴν ὄψιν τοῦ Κλέωνος· λέγει οὖν ὅτι μηδενὸς ὑποστάντος αὐτὸν ὑποκρίνεσθαι, αὐτὸς ὁ Ἀριστοφάνης μιλτώσας ἑαυτὸν ὑπεκρίνατο ἢ τῇ τρυγίᾳ χρίσας ἑαυτόν.*

Haec omnia ille grammaticus finxit; nihil aliud dicit Aristophanes, nisi histrionem parum similem personam gerere, sed tamen spectatoribus non obscurum fore, quem petat poeta; at pessimus ille scholiasta commentus est, histrionem nulla omnino persona ornatum fuisse et primi actoris partes ipsum Aristophanem suscepisse, postquam faciem faece obscuraverit: ex hac temeraria interpretatione profectus est gravis error eius grammatici, qui Argum. II scripsit: *καθίησι τὸ τῶν Ἱππέων δρᾶμα δι' ἑαυτοῦ, ἐπεὶ τῶν σκευοποιῶν οὐδεὶς ἐπλάσατο τὸ τοῦ Κλέωνος πρόσωπον.* etenim ille homo prorsus ignoravit notionem verbi *καθιέναι*, quod de actore dictum esse existimavit: gravius etiam erravit auctor vitae, et ipse falsam illam interpretationem secutus, qui praeterea addit, nullum histrionem voluisse Paphlagonis sive Cleonis personam agere, propterea Aristophanem *δι' ἑαυτοῦ ὑποκρίνασθαι*, tum illam ex scholiasta repetit fabulam de Aristophanis facie occultata; aliquid certe dixisset, si sine auctoritate fingere quid volebat, nullum poetam nomen suum profiteri ausum et propterea ipsum

Aristophanem coactum esse, ut drama doceret: at ne hoc quidem testimonio aliquo firmari potest. Iam quamvis non praefracte negaverim, Aristophanem aut Callistratum aut Philonidem primas quandoque partes in fabulis agendis suscepisse, non tamen prius fidem habebo, quam idoneis argumentis probatum fuerit.

Iam Callistratus et Philonides quoniam poetae, non histriones erant, facile Aristophanearum fabularum, quos docebant, poterant auctores haberi. At ex iis locis, quos supra examinavimus, satis superque apparet Aristophanem, postquam Equites ipse docuit, etiam earum comoediarum, quas aliis docendas mandavit, vulgo auctorem creditum esse: namque saepe de se ipse ita loquitur, ut nullus dubitationi relinquatur locus. Sic in parabasi Vesparum, quam comoediam Philonides docuit, poeta loquitur de primis fabulis, quas Callistratus in se receperat, tanquam de propriis, porro respicit Equites, ubi primum ipse suum est professus nomen, attigit Nubes, quas Philonidi commendatas fuisse non sine probabilitatis specie conieci. Quod si Philonides Vesparum auctor spectantibus habitus esset, profecto illa essent plane praepostera et perversa: at apparet omnibus Atheniensibus notum fuisse, cuius poetae fabulam docturus esset Philonides. Rursus in Pace, quam fabulam ipse docuit Aristophanes, de sua poesi deque aemulis poetis eadem prorsus dicit, vix pauculis verbis immutatis, quae in Vesparum parabasi leguntur, quae quidem fabula Philonidis nomen prae se tulit: deinde dicit, quid in Daetalensibus sive Babyloniis spectaverit, quamquam has fabulas Callistratus docuit. Certum igitur est, Aristophanem, postquam Equites docuisset, etiamsi alieno nomine uteretur, nec dissimulasse se nec latuisse spectantes.

At illud quaeritur, quae ratio sit earum fabularum, quas ante Equites scripsit Aristophanes: et illud quidem ex illis locis, quos saepius iam dixi, elucet, poetam primas illas comoedias, Daetalenses, Babylonios, Acharnenses postea sibi vindicasse: sed illud dubium, quo tempore innotuerit, has

comoedias non a Callistrato, sed ab Aristophane compositas fuisse. Iam quod in Equitum parabasi v. 512 dicit:

Ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησιν πολλοὺς αὐτῷ προσιόντας
καὶ βασανίζειν, ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ᾽ ἑαυτόν,
ἡμᾶς ὑμῖν ἐκέλευσε φράσαι.

id documento est, Aristophanis laudem et nomen cito percrebuisse. Hoc *πάλαι* qui minime urgere velit, certe ad Acharnenses referre debet, quam comoediam docuit Callistratus anno ante, quam Equites exhibuit ipse Aristophanes. Itaque hoc quidem tenendum est, etiam Acharnenses cum agerentur, non Callistratum, sed Aristophanem vulgo auctorem comoediae habitum esse: quare omnia quae illic poeta dicit de se, ad Aristophanem, non ad Callistratum referenda sunt. Necesse esset ita statueremus, etiam si prorsus non congruerent cum Aristophanis persona, quae ibi leguntur, multo vero magis, quandoquidem omnia optime conveniunt in hunc poetam. Et primum quidem quod legitur v. 299:

Οὐκ ἀνασχήσομαι· μηδὲ λέγε μοι σὺ λόγον·
ὡς μεμίσηκά σε Κλέωνος ἔτι μᾶλλον, ὃν
κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι καττύματα.

apertissime ex Aristophanis persona dictum est, qui Equites in Cleonem iam tunc meditabatur. Item quod legitur infra v. 377:

Καίτοι δέδοικα πολλά. —
αὐτός τ᾽ ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἅπαθον
ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν.
εἰσελκύσας γάρ μ᾽ εἰς τὸ βουλευτήριον
διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου
κἀκυκλοβόρει κἄπλυνεν, ὥστ᾽ ὀλίγου πάνυ
ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος.

Dicaeopolis haec loquitur, cuius persona Aristophanes ita est usus, ut quae ipse de rebus publicis sentiret, libere eloqueretur, itaque non mirum est, si, quae ipse a Cleone perpessus erat, in hunc transfert: atqui ostendit hic locus, qui factum sit, ut Aristophanis nomen omnibus innotesceret: recte scholiasta ad hunc locum dixit: *ὡς ἀπὸ τοῦ προσώπου*

τοῦ ποιητοῦ ὁ λόγος οὗτος. et deinde: κωμῳδίας] τοὺς Βαβυλωνίους· τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ἐν οἷς πολλοὺς κακῶς εἶπεν. ἐκωμῴδησε γὰρ τὰς κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς καὶ Κλέωνα, παρόντων τῶν ξένων· εἶπε γὰρ δρᾶμα τοὺς Βαβυλωνίους τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἥτις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι· καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς ὁ Κλέων ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου ταῦτα πεποιηκότα· καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν. Haec omnia propemodum recte ab illo grammatico disputata sunt, quippe quae conveniant cum iis, quae ipse poeta infra proponit: nam v. 496 eundem Dicaeopolin haec dicentem inducit:

Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι,
εἰ πτωχὸς ὢν ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν
μέλλω περὶ τῆς πόλεως, τρυγῳδίαν ποιῶν.
τὸ γὰρ δίκαιον οἶδε καὶ τρυγῳδία.
ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μέν, δίκαια δέ.
οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

ubi similiter scholiasta: ὡς ἐκ τοῦ ποιητοῦ τοῦτο· προείρηται δὲ τὰ περὶ τούτου. ξένων παρόντων] διὰ τὸ ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις πολλῶν παρόντων ξένων εἰρηκέναι κατὰ πολλῶν τὸν Ἀριστοφάνην· διὸ καὶ κατηγορήθη ὑπὸ τοῦ Κλέωνος. Apparet enim ex his Cleonem in ius poetam vocavisse, quod in Babyloniis nimia dicendi licentia magnis Dionysiis civitatem Atheniensium perstrinxerit: atqui cum Callistratus a praetore illius fabulae docendae facultatem impetravisset, in eum quidem proprie illud crimen fuit deferendum: at vero consentaneum est, aut Aristophanem ipsum sua sponte professum esse, quis auctor esset illius comoediae, aut Cleonem, cum Aristophanis nomen iam tunc percrebruisset, id quod deinde probabo, continuo hunc, in quo solo culpa haerebat, petiisse: atque inde ab hac lite, quam Cleo Aristophani in-

tendit, profecto non erat cuiquam obscurum, quis auctor esset comoediarum illarum, ita ut cum Acharnenses doceret, quamvis illa quoque fabula Callistrati nomen prae se ferret, commode de se ipse loqui posset. Nec sine iactantia quadam in parabasi Acharnensium de se suisque in rempublicam meritis praedicat v. 628:

Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,
οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων ὡς δεξιός ἐστιν.
διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβούλοις,
ὡς κωμῳδεῖ τὴν πόλιν ὑμῶν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει,
ἀποκρίνεσθαι δεῖται νυνὶ πρὸς Ἀθηναίους ταχυβούλους.

Illud aperte profitetur poeta, se iam aliquoties comoedias populo spectandas proposuisse, verum sub alieno nomine delituisse neque unquam de se verba facere ausum esse: nunc vero inimicorum calumniis eo adductum esse, ut ipse suam agat causam seque adversus crimina illa defendat: satis autem accurate indicat, quo nomine sit accusatus a Cleone:

ὡς κωμῳδεῖ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει.

Deinde autem poeta ostendit, quanta iniuria sibi sit illata, cum in illa comoedia, quae haec crimina excitaverit, in Babyloniis profecto non populo Atheniensi ignominiam conflare, sed commoda multa affere voluerit. Et inde ab hoc tempore nomen suum illustrissimum esse libere praedicat poeta, quod ut amplificaret magis, lepidam aliquam finxit fabulam de Persarum rege v. 646:

Οὕτω δ' αὐτοῦ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πόρρω κλέος ἥκει,
ὅτε καὶ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων τὴν πρεσβείαν βασανίζων,
ἠρώτησεν πρῶτα μὲν αὐτοὺς πότεροι ταῖς ναυσὶ κρατοῦσιν,
εἶτα δὲ τοῦτον τὸν ποιητὴν ποτέρους εἴποι κακὰ πολλά.
τούτους γὰρ ἔφη τοὺς ἀνθρώπους πολὺ βελτίους γεγενῆσθαι,
καὶ τῷ πολέμῳ πολὺ νικήσειν τοῦτον ξύμβουλον ἔχοντας.

Atque satis scite cum hac fabula aliud quid coniunxit:

Διὰ ταῦθ' ὑμᾶς Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται,
καὶ τὴν Αἴγιναν ἀπαιτοῦσιν· καὶ τῆς νήσου μὲν ἐκείνης
οὐ φροντίζουσ', ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται.
ἀλλ' ὑμεῖς τοι μήποτ' ἀφῆθ', ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια.
φησὶν δ' ὑμᾶς πολλὰ διδάξειν ἀγάθ', ὥστ' εὐδαίμονας εἶναι,
οὐ θωπεύων οὐδ' ὑποτείνων μισθοὺς οὐδ' ἐξαπατύλλων,
οὐδὲ πανουργῶν οὐδὲ κατάρδων, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα διδάσκων.
πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω
καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω κτλ.

Etenim Cleon, qui Aristophanem in ius vocaverat, quod superbe populo illusisset, nihil, ut consentaneum est, effecit, itaque denuo mali quid in Aristophanem machinabatur, eumque aut ipse accusavit aut alium quem subornavit (id quod verisimilius videtur, et illuc potissimum referendum est, quod dicit poeta *Κλέων καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω*) qui tanquam peregrinum poetam argueret: huius enim criminis si erat convictus poeta, non facile in posterum ei licuerit comoedias docere: ad hanc alteram igitur causam accedit Aristophanes dicitque non illepide, Lacedaemonios Aeginam propterea maxime petere, ut se sibi civem asciscant: ex quo quidem loco apparet, illum de Aristophanis peregrinitate rumorem non prorsus inanem fuisse. Id quod etiam Eupolis indicat, qui hoc ipsum crimen in aemulum coniicit Fr. incert. I. Hanc alteram accusationem intellexit scholiasta Acharn. v. 378: *καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν.* At confusa sunt, quae in scholiis ad Parabasin v. 661 leguntur: *τῆς νήσου, ἐν ᾗ τὰ χωρία Ἀριστοφάνους, λέγω δὲ τῆς Αἰγίνης.* et deinde: *ἐντεῦθεν τινὲς νομίζουσιν ἐν Αἰγίνῃ τὰς κωμῳδίας ποιεῖν τὸν Ἀριστοφάνην διὰ τὸ ἐπενηνοχέναι αὐτόν· ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται τὴν Αἴγιναν, οὐχ ὑμᾶς.*

ταῖς ἀληθείαις εἰς ἣν τῶν ἐν τῇ νήσῳ κληρουχησάντων· οὐδὲν δὲ ἐκώλυε καὶ ἑτέρωθι συγγράφειν, εἰ ὑπὸ Λακεδαιμονίους ἡ νῆσος ἐγεγόνει. hoc tamen ex his certo satis colligere possumus, Aristophanem in Aegina insula praedia habuisse, et hoc fortasse argumento simul illa peregrinitatis accusatio nisa est. Dilucide hoc dicit, Theogene auctore usus scholiasta Platonis p. 331 ed. Bekker: Κατεκλήρωσε δὲ καὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς Θεογένης ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης, quo quidem in loco κατεκλήρωσε ferri nequit, scripserat grammaticus κατεκληρούχησε τὴν Αἴγιναν, quod breviter dictum pro χωρίον ἐν τῇ Αἰγίνῃ. *Theogenes* ille alibi non commemoratur, et nescio an idem sit, qui *Theagenes* alias dicitur, qui *Carica* et *Macedonica* scripsit, certe non est in dubitationem vocanda eius auctoritas, cum Platonis scholiasta in illo loco optimos secutus sit auctores. At luculento hoc testimonio erroris convincere possumus scholiastam alium ad eundem Aristophanis locum, οὐδεὶς ἱστόρηκεν, ὡς ἐν Αἰγίνῃ κέκτηταί τι Ἀριστοφάνης, ἀλλ' ἔοικε ταῦτα περὶ Καλλιστράτου λέγειν, ὃς κεκληρούχηκεν ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν ἀνάστασιν Αἰγίνης ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Atqui Theogenes memoriae prodidit: illud autem quod de Callistrato intellexit, etiamsi probari posset eundem hunc Callistratum in Aegina praedia sortitum esse, quod quidem totum in coniectura videtur positum esse, nullo potest pacto ferri.

At sub examen vocanda sunt ea, quae in vita Aristophanis de his rebus memoriae prodita sunt. Διήχθρευσε δ' αὐτῷ (Κλέωνι) ὁ Ἀριστοφάνης, ἐπεὶ δὴ ξενίας κατ' αὐτοῦ γραφὴν ἔθετο καὶ ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις διέβαλε τῶν Ἀθηναίων τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς παρόντων ξένων. ὡς ξένον δὲ αὐτὸν ἔλεγε, παρόσον οἱ μὲν αὐτόν φασι Ῥόδιον ἀπὸ Λίνδου, οἱ δὲ Αἰγινήτην, στοχαζόμενοι ἐκ τοῦ πλεῖστον χρόνον τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι αὐτόθι, ἢ καὶ ὅτι ἐκέκτητο ἐκεῖσε, κατὰ τινὰς δέ, ὡς ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Φίλιππος Αἰγινήτης. Grammaticus ille caussas recensere vult, quibus impulsus Aristophanes Equites in Cleonem scripserit: at inepta prorsus et perversa sunt, quae

primo loco leguntur: leviter depravata sic corrigenda sunt: *Διήχθρευσε δ' αὐτῷ ὁ Ἀριστοφάνης, ἐπειδὴ ξενίας κατ' αὐτοῦ γραφὴν ἔθετο, ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις διέβαλε κτλ.* Hoc enim dicit, aegre tulisse Aristophanem, quod peregrinae originis crimen Cleon in ipsum coniecerit, qui quidem succensuerit Aristophani propter Babylonios: et tum indicat, quo iure Aristophanes peregrinus potuerit videri. Conveniunt igitur haec omnino cum iis, quae ipse poeta eiusque interpretes de hac re prodiderunt, nisi quod hic grammaticus breviter minusque accurate rem exponit, itaque primam causam, eamque gravissimam, quam Cleon Aristophani intendit propterea, quod populo maledixisset, prorsus praetermisit. Deinde pergit: *Ἀπολυθῆναι δὲ αὐτὸν εἰπόντα ἀστείως ἐκ τοῦ Ὁμήρου ταῦτα·*

Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι· αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

Fidem his abiudicant, et haec omnia Aristophane indigna existimant: mihi vero secus videtur: namque Athenis in iudiciis multa saepe ridicula proferebantur ad iudicum gravitatem molliendam, minimeque abhorret ab Aristophanis comici poetae ingenio, praeter alia etiam eiusmodi dicterio uti in causa profecto non sane gravi: dici autem vix potest, quam late usus et auctoritas Homericorum carminum apud Graecos patuerit: documento sunt vel illi scriptores, qui clarorum virorum dicta memoriae mandaverunt. Denique haec addit: *Δεύτερον δὲ καὶ τρίτον συκοφαντηθεὶς ἀπέφυγε καὶ οὕτω φανερῶς κατασταθεὶς πολίτης κατεκράτησε τοῦ Κλέωνος· ὅθεν φησίν·*

Αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἅπαθον
ἐπίσταμαι δὴ καὶ τὰ ἐξῆς.

Quod dicit tertium quoque in ius vocatum esse Aristophanem, dixit aliquid veri, sed quod hoc quoque refert ad illam de civitate poetae quaestionem, et eodem etiam modo Acharnensium istos versus interpretatur, in eo errat: namque ille locus spectat primam litem, quam Cleo poetae intendit, secunda autem causa fuit de peregrina origine. At non conti-

nuit se Cleo, sed etiam postea insectatus est Aristophanem, quorsum spectat ille locus Vesparum inde a v. 1284:

Εἰσί τινες, οἵ μ' ἔλεγον ὡς καταδιηλλάγην,
ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος,
καί με κακίαις ἔκνισε· κᾆθ' ὅτ' ἀπεδειρόμην
οὑκτὸς ἐγέλων μέγα κεκραγότα θεώμενοι,
οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι,
σκωμμάτιον εἴποτέ τι θλιβόμενος ἐκβαλῶ.
ταῦτα κατιδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα.
εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.

Non possunt haec referri ad illud tempus, quod proxime Babylonios insecutum est: nam tunc nullo pacto eiusmodi rumor existere potuit, Aristophanem cum Cleone in gratiam rediisse: hunc enim rumorem vel *Equites* evertere debebant: verum necessario referenda haec sunt ad illud tempus, quod Vespas proxime praecessit: apparet igitur satis liquido ex hoc loco, Cleonem, postquam Aristophanes Equites docuit, tertio poetam in iudicium vocavisse, poetamque in magnum discrimen adductum esse. Atque etiam si deesset hoc documentum, quod omnem dubitationem tollit, non esset veri simile Cleonem tam patienter tulisse tantam ignominiam, quanta Aristophanes ipsum affecerat: indigne autem hic fert poeta, quod probris se laedant ii, qui ipsum deseruerint in iudicio, quod dictitent ipsum cum Cleone in gratiam rediisse, qui nequaquam laboranti succurrerint: nam quod legitur v. 1286 *κᾆτα* indignantis est, neque vero ad tempus refertur, hoc enim dicit poeta, *et tamen, cum in discrimine versarer, ii qui procul a periculo erant, ridebant, placide Cleonem vociferantem audientes: μέγα κεκραγότα* rectissime de Cleone viro populari dictum est, qui vociferatione et clamore plurimum valebat, itaque alibi dicitur habere *φωνὴν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας* aut *κεκράκτης Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων*: male vulgo ad Aristophanem referunt. Iam Aristophanes dicit, sibi, cum animadvertisset parum praesidii esse in populo, satius visum esse, cedere Cleonis potentiae et aliquamdiu simulare amicum. Et profecto postquam

Equites docuit, pepercerat poeta Cleoni: namque Holcades obiter tantum videntur Cleonis nomen attigisse: at vero in hac fabula rursus saepius de industria lacessivit illum hominem, quod vel nomina illa *Βδελυκλέων* et *Φιλοκλέων* arguunt, itaque recte de se dixit:

Εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.

Praeterea autem, si licet aliquid de coniectura adiicere, decem illi versus, qui iis, quos adscripsi, praegressi sunt, quique exciderunt, gravem Cleonis vexationem continebant, itaque commode satis illa subiungebantur:

Εἰσί τινες, οἵ μ' ἔλεγον ὡς καταδιηλλάγην.

quibus refutaret illam famam, se reconciliatum esse cum Cleone. Atque ad eandem famam pertinet quod dixit supra v. 1036:

Τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὔ φησιν δείσας καταδωροδοκῆσαι,
ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖ.

quibus similia leguntur in Pace v. 759: namque nonnulli dixisse videntur, Aristophanem donis corruptum a Cleone conticuisse. At ipse Aristophanes cur noluerit saepius Cleoni illudere, libere profitetur in Vespis 61:

Οὐδ' εἰ Κλέων γ' ἔλαμψε τῆς τύχης χάριν,
αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν.

et in Nubibus v. 547:

Ἀλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρων σοφίζομαι
οὐδὲν ἀλλήλοισιν ὁμοίας καὶ πάσας δεξιάς,
ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' εἰς τὴν γαστέρα,
κοὐκ ἐτόλμησ' αὖθις ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ.

Superest, ut pauca quaedam dicam de iis, quae scholiastae ad Vesp. 1284 sqq. perhibent, quae quidem omni ex parte perversa et commenticia sunt: *"Αδηλον πότερον τῆς Καλλιστράτου εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγωγῆς καὶ νῦν μιμνήσκεται, ὅτι αὐτὸν Κλέων εἰσήγαγεν, ἢ ἑτέρου κατ' αὐτὸν γενομένου Ἀριστοφάνους* (scr. *ἑτέρας κατ' αὐτοῦ γενομένης Ἀριστοφάνους*) *καὶ μὴ εἰσαγωγῆς, ἀλλὰ ἀπειλῆς τινος, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐμφαίνεται.* et deinde: *ἐπέκειτο γὰρ αὐτῷ ὁ Κλέων ὅτι ἐκωμῳδεῖτο ὑπ' αὐτοῦ· ἄδηλον δὲ εἰ μετὰ*

τὸ διδάξαι τοὺς Ἱππέας λέγει. Ipsa orationis conformatio satis superque docet, hunc grammaticum nullo auctore haec scripsisse, sed ex hoc solo loco coniecturam fecisse: itaque etiam inscite Callistratum, non Aristophanem a Cleone in ius vocatum esse censet: sed de hoc errore dictum est iam supra.

Illud vero adiiciendum est, Aristophanem etiam cum primum fabulam, Daetalenses, scripsisset et Callistrato docendam tradidisset, non plane in obscuro delituisse, sed et amicis familiaribusque innotuisse et fortasse Callistrato adfuisse in choro docendo: itaque in Acharnensibus v. 1150 graviter conqueritur de Antimacho chorego, qui ipsum ab epularum solennitate segregaverit:

Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος τὸν ξυγγραφῆ, τὸν μελέων ποιητήν,
ὡς μὲν ἁπλῷ λόγῳ κακῶς ἐξολέσειεν ὁ Ζεύς,
ὅς γ' ἐμὲ τὸν τλήμονα Λήναια χορηγῶν ἀπέκλεισ' ἄδειπνον.

et sic deinceps magna cum acerbitate illum diris devovet: profecto autem non potuisset hoc ei opprobrio vertere, nisi ille nosset Aristophanem comoediae esse auctorem. Recte autem Fritzschius in Comment. de Daetal. p. 9 vidit haec ad Daetalenses referenda esse.

Itaque ut brevi comprehendam, longae disputationis haec summa est, Aristophanem prae iuvenili verecundia cum primum scriberet comoedias, eas Callistrato commendavisse, sed postea quoque, cum iam ipse fabulae docendae periculum fecisset, eandem retinuisse consuetudinem et plerumque vel Callistrati vel Philonidis industria usum esse; utrumque poetam, non histrionem fuisse; ne ipsum quidem Aristophanem in Equitibus Cleonis partes suscepisse; Aristophanis laudem, quamvis sub alieno nomine delitescentem, cito omnibus innotuisse, itaque hunc, non Callistratum, ter aut ab ipso Cleone aut ab alio quo, quem ille subornaverat, in iudicium vocatum esse. Verum haec hactenus.

ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝ.

Postremam hanc comoediam scripsit Aristophanes eamque Araroti filio docendam commisit, quod docet auctor Argumenti Pluti II: *Τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην (Πλοῦτον) ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συστῆσαι Ἀραρότα [δι᾽ αἰτῆς] τοῖς θεαταῖς βουλόμενος τὰ ὑπόλοιπα δύο δι᾽ ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα.* Quod accuratus alioqui grammaticus hoc ordine comoedias recenset, arguit priorem esse Cocalum, posteriorem Aeolosiconem: contraria sane Dindorfii est sententia, qui p. 81 dicit: „Quod autem argumenti scriptor *Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα* scribit, si forte Cocalum Aeolosicone priorem habuit, in errore versatus est, ut videtur. Nam Aeolosiconem mediae comoediae fabulam fuisse ex Platonii verbis intelligitur, Cocalum autem ad novam comoediam pertinuisse infra ostendetur p. 87." Sane Platonius dicit p. XXXIV: *Ἐπέλιπον οἱ χορηγοί, οὐ γὰρ ἔτι προθυμίαν εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χορηγοὺς τοὺς τὰς δαπάνας τοῖς χορευταῖς παρέχοντας χειροτονεῖν· τὸν γοῦν Αἰολοσίκωνα Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ὃς οὐκ ἔχει τὰ χορικὰ μέλη· τῶν γὰρ χορηγῶν μὴ χειροτονουμένων καὶ τῶν χορευτῶν οὐκ ἐχόντων τὰς τροφὰς ὑπεξῃρέθη τῆς κωμῳδίας μέλη καὶ τῶν ὑποθέσεων ὁ τρόπος μετεβλήθη. σκοποῦ γὰρ ὄντος τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τοῦ σκώπτειν δήμους καὶ δικαστὰς καὶ στρατηγούς, παρεὶς ὁ Ἀριστοφάνης τὸ συνήθως ἀποσκῶψαι διὰ τὸν πολὺν φόβον, Αἴολον τὸ δρᾶμα τὸ γραφὲν τοῖς τραγῳδοῖς ὡς κακῶς ἔχον διασύρει· τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ο Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα.* Itaque grammaticus ille in Aeolosicone mediae comoediae speciem repraesentari dicit, quemadmodum auctor vitae Arist. dicit Aristophanem etiam novae comoediae quasi initium fecisse in Cocalo: *Ἐγένετο δὲ καὶ αἴτιος ζήλου τοῖς νέοις κωμικοῖς, λέγω δὴ Φιλήμονι καὶ Μενάνδρῳ.*

ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγικοῦ, ὥστε μὴ κωμῳδεῖν τινὰ καὶ τῶν χορηγῶν οὐκέτ' ἀντεχόντων πρὸς τὸ χορηγεῖν καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδῶν διὰ τούτων αὐτῶν, αἴτιον γὰρ κωμῳδίας τὸ σκώπτειν τινάς, ἔγραψε Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμὸν καὶ τἄλλα πάντα ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος. At Dindorfius errat, qui inde coniecerit Aeolosiconem priorem esse Cocalo, arbitratus ille quidem, ut videtur, Aeolosiconem inter mediae comoediae fabulas referendum esse, Cocalum autem ad novam comoediam pertinere, quod fieri nullo pacto potest: eodem enim iure etiam Cratini Ulysses post Peloponnesiacum bellum reiicere liceret. Ex iis, quae grammatici illi vere, quamvis parum dilucide disputaverunt, de vi et natura illarum fabularum, non item de tempore coniecturam capere possumus. Et utraque quidem fabula et Aeolosicon et Cocalus mediae comoediae accensendae omnino sunt, sed eo differunt, quod Aeolosicon quidem prorsus mediae comoediae speciem prae se fert, Cocalus, etsi huic quoque fabulae antiqua fama subest, totus tamen in privatis rebus versatur, itaque recte cum Menandri aut Philemonis comoediis componi potuit. At aliquam tamen coniecturam facere possumus de tempore, quo hae comoediae actae sint: constat utramque fabulam ab Aristophane sene compositam esse postquam Plutum II docuit h. e. post Olymp. XCVII 4. Iam vero Suidas v. Ἀραρὼς tradit hunc poetam primum Olymp. CI in certamen descendisse, quod Meinekius vol. I p. 343 ad eas refert fabulas, quas ipse Araros elaboravit, non ab Aristophane patre accepit; neque enim verisimile est Aristophanem multum ultra Olymp. C vitam extendisse, omnino autem improbabile, poetam postquam sedecim fere annos conticuisset, continuo circa Olymp. CI duas comoedias scripsisse easque filio commisisse: hoc igitur certum esse videtur, utramque fabulam ante Olymp. CI doctam esse, priorem autem locum Cocalo, Aeolosiconi posteriorem concedendum esse, quoniam nihil est, quod grammatico illi fidem abrogemus. Ceterum Ararotem patris comoedias exhibuisse memorat etiam scho-

liasta Platon. p. 331. Secundam autem Aeolosiconis recensionem, quam Athenaeus commemorare videtur, iam supra reieci.

Aeolosicon fabula vocata est ab Aeolo, cuius liberorumque infandam calamitatem Euripides flebili nobilitavit tragoedia, quam Aristophanes non semel (vid. Nub. 1374. Thesmophor. 412. Ran. 1113. 1523) graviter exagitavit, et a Sicone coquo, ut videtur. Siconis nomen servile fuit, quemadmodum est apud Eubulum Athen. I p. 23 A:

Σίκων ἐγὼ
βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος.
B. πέπωκας οὗτος; A. ναὶ μὰ Δία πέπωκ᾽ ἐγὼ
Μενδαῖον.

et qui magis etiam rem confirmat Alexis in Asotodidascalo ibid. p. 336 E: Ὁ δὲ Σωτίων φησὶν ἐν τῷ δράματι Ξανθίαν τινὰ οἰκέτην πεποιῆσθαι προτρεπόμενον ἐπὶ ἡδυπάθειαν ὁμοδούλους ἑαυτοῦ καὶ λέγοντα·

Τί ταῦτα ληρεῖς φληναφῶν ἄνω κάτω
Λύκειον, Ἀκαδήμειαν, Ὠδείου πύλας,
λήρους σοφιστῶν, οὐδὲ ἓν τούτων καλόν.
πίνωμεν, ἐμπίνωμεν, ὦ Σίκων, Σίκων,
χαίρωμεν, ἕως ἔνεστι τὴν ψυχὴν τρέφειν.

Sicon autem a Sosipatro, novae ut videtur comoediae poeta, tanquam artis culinariae princeps magnis laudibus effertur, ubi coquus aliquis dicit apud Athen. IX p. 378 A:

Τὸ διδασκαλεῖον ἡμᾶς σώζομεν
τὸ Σίκωνος· οὗτος τῆς τέχνης ἀρχηγὸς ἦν.
ἐδίδασκεν ἡμᾶς πρῶτον ἀστρολογεῖν Σίκων,
ἔπειτα μετὰ ταῦτ᾽ εὐθὺς ἀρχιτεκτονεῖν,
περὶ φύσεως κατεῖχε πάντας τοὺς λόγους
ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἔλεγε τὰ στρατηγικά,
πρὸ τῆς τέχνης ἔσπευδε ταῦθ᾽ ἡμᾶς μαθεῖν.

quem locum recte huc rettulit Grauertus, qui in Museo Rhenano vol. II p. 50 sqq. de hac Aristophanis comoedia disputavit. Sane autem ex illo loco nihil certi comperimus de tempore, quo Sicon vixerit, nam coquus ille, quem induxit

Sosipater, nihil aliud dicit, quam se antiquam illam artis culinariae laudem, quam inchoaverit Sicon, sustentare. Iam vero Athenienses, qui usque ad belli Peloponnesiaci finem aliquam certe speciem antiquae simplicitatis et continentiae servaverant, post illud tempus, cum nihil sublimius honestiusque eorum animos agitaret, prorsus diffluebant deliciis et voluptatibus, maximeque viguit illo tempore, quod bellum Peloponnesiacum proxime insecutum est, artis culinariae studium: namque quemadmodum aetate provectiores eiusmodi delicias studiose expetunt, ita etiam senescentes et confecti propemodum iam populi summam victus cultusque mollitiem et depravationem sequuntur, id quod mediae comoediae reliquiae satis dilucide ostendunt: itaque circa illud tempus Siconem artis illius auctorem potissimum floruisse censeo. Ipsum quidem nomen comoediae inditum *Αἰολοσίκων* Grauertus recte explicat, exemplis consimilibus adiectis, de homine, qui Aeoli et Siconis simul indolem coniunxerit duasque quasi induerit personas. At quod idem Grauertus censet, totam hanc fabulam in deridenda Euripidis tragoedia versatam esse, nec comoediae reliquiis confirmari potest, et omnino adversatur naturae ac rationi poesis: quamquam hic error, inveteratus ille quidem, hic perstringi tantum potest. Imo Aristophanes fabulam illam antiquam de Aeolo ita tractavit atque lepide immutavit, ut sui saeculi imaginem haud obscuram exhiberet: et exagitavit ille quidem maxime insanas libidines illamque victus exquisitam luxuriam, de qua modo dixi: documento sunt fragmenta huius comoediae: adde praeterea Libanium Epist. 420 p. 215: *φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβιάδου, ποιεῖ δὲ τὰ Σίκωνος, ὅ τι δὲ οὗτος ἔδρα τὸν Ἀριστοφάνην ἐροῦ.*

I.

Athenaeus VII p. 276 c: *Τῶν δὲ παρόντων γραμματικῶν τις ἀποβλέψας εἰς τὴν τοῦ δείπνου παρασκευὴν ἔφη, εἶτα πῶς δειπνήσομεν τοσαῦτα δεῖπνα; ἴσως διὰ νυκτός, ὡς ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίκωνι εἶπεν, οὕτως*

λέγων οἱονεὶ δι' ὅλης νυκτός. Non ipsa poetae verba adhibuit Athenaeus, sed nihil aliud significavit, quam in hac Aristophanis fabula convivium per totam noctem continuari.

II.

Ἀλλ' ἄνυσον· οὐ μέλλειν ἐχρῆν, ὡς ἀγοράσω
Ἁπαξάπανθ' ὅσ' ἂν κελεύῃς, ὦ γύναι.

Suidas v. *Ἀγοράσαι* et Gramm. Bekkeri vol. I p. 331 26: *Ἀγοράσαι λέγουσι, τὸ δ' ἀγορᾶν βάρβαρον, παραδειγμάτων δὲ μεστὰ πάντα, εἰλήφθω δ' ὅμως Ἀριστοφάνους ἐξ Αἰολοσίκωνος* (om. Gramm. Bekk.) *Ἀλλ' ἄνυσον κτλ.* Legebatur *ὅσα κελεύεις*, quod correxit Bekkerus. Loquitur haec ipse Aeolosicon, coenam apparaturus. Ceterum de notione verbi *ἀγοράζειν* cfr. Phrynichus Bekk. I p. 20 6 et Antiatticista ibid. p. 78 8.

III.

Ὅπερ δὲ λοιπὸν μόνον ἔτ' ἦν ἐν τῇ γνάθῳ
Διώβολον, γεγένητ' ἐμοὶ δικόλλυβον.

Pollux IX 63: *Ἔστι δὲ καὶ τὸ διώβολον ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνους. Ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ διώβολον γένηταί μοι*; sed cod. Falckenb. addit *ἰδικολλοικόν*, quod homines docti non recte spreverunt; vidit aliquid Heringa, qui coniecit *ἐγέννησεν ἤδη κόλλυβον*, at scribendum erat *γεγένητ' ἐμοὶ δικόλλυβον*, et priore versu inserendum *ἔτι*: hoc enim dicit Aeolosicon, duos obolos imminutos esse, ut vix duo asses sibi supersint. *Δικόλλυβον* etsi alias non inveni, recte tamen est formatum, quemadmodum *τρικόλλυβον* dicitur, vid. Pollux IX 72: *εἴη δ' ἂν καὶ κόλλυβον λεπτόν τι νομισμάτιον. Καλλίμαχος γοῦν ἔφη περὶ τῶν ἐν ᾅδου λέγων· Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν. ὡς ἂν εἴποι τὶς τοῦ προςτυχόντος* (cfr. Eupol. *Πόλεις* V: *Γυναῖκ' ἐκίνουν κολλύβου καὶ παῖδα καὶ γέροντα.*) *καὶ τρικόλλυβον οἱ ποιηταὶ σμικρὸν νόμισμα.* Adde

Hesychium: *Τρικόλλυβον· νομισμάτιόν τι.* Homines autem plebeii solebant asses ore condere, vid. Vesp. 787: *Αἴσχιστα γάρ τοί μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος Ὁ σκωπτόλης· δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν Ἐλθὼν διεκερμάτιζεν ἐν τοῖς ἰχθύσιν, Κᾆπειτ' ἐπέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων· Κἀγὼ 'νέκαψ'. ὀβολοὺς γὰρ ᾠόμην λαβεῖν, Κᾆτα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα.* Aliter Fritzschius Emendatt. Aristoph. p. 17 haec constituit, qui de viliore facto argento accipit, comparans Ran. 725. Eccles. 816 sqq.

IV.

Λοίδυξ, θυεία, τυροκνῆστις, ἐσχάρα.

Pollux X 104: *Τυροκνῆστις ἔστιν — ἐν Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι Λοίδυξ κτλ.* Coqui vasa enumerantur, comparant Vesp. v. 938: *Λοίδυκα, τυροκνῆστιν, ἐσχάραν, χύτραν.* *Ἐσχάρα* quid sit explicat Phrynichus Bekkeri I p. 40 15: *Ἐσχάρα, τὸ σκεῦος ἐφ' ᾧ ὀπτᾶται κρέας ἢ ἰχθύς.*

V.

Καὶ μὴν τὸ δεῖν', ἀκροκώλια δή σοι τέτταρα
ἥψησα τακερά.

Athenaeus III p. 95 E: *Ἀκροκωλίων δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι Καὶ μὴν κτλ.* Scripsi *δή σοι*, vulgo *δέ σοι*, quod vix ferri potest. Haec quoque Aeolosiconis sunt verba.

VI.

Τῶν δὲ γηθύων
ῥίζας, ἐχούσας σκοροδομίμητον φύσιν.

Athenaeus VII p. 372 A: *Μνημονεύει τῶν γηθυλλίδων καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Φιλοκτήτῃ οὕτως· Ἐν δὲ σκόροδα δύο καὶ γαθυλλίδες δύο· καὶ Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι δευτέρῳ· Τῶν δὲ κτλ.* At vero illud *δευτέρῳ* sive *βῳ* prorsus abiciendum, ortum enim est ex repetito illo *δύο* sive *β'*, quod in Epicharmi versu praecessit. Deinde legebatur *σκοροδότμητον*, quod correxit Toupius; Fritzschius *σκροδόμιμον τὴν φύσιν.*

VII.

Ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον
λιπών, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἐδώλια.

Athenaeus III p. 112 C: *Οὗτός ἐστι Θεαρίων ὁ ἀρτοποιός, οὗ μνημονεύει Πλάτων ἐν Γοργίᾳ συγκαταλέγων αὐτῷ Μίθαικον, οὕτως γράφων — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ καὶ Αἰολοσίκωνι διὰ τούτων· Ἥκω Θεαρίωνος κτλ.* Graviter exercuit homines doctos hic Athenaei locus, Grauertus enim corrigit *ἐν Γηρυτάδῃ ἢ Αἰολοσίκωνι*, quod quam sit improbabile nihil adtinet dicere, Dindorfius autem legi vult: *ἐν Γηρυτάδῃ διὰ τούτων· Ἥκω Θεαρίωνος — ἐδώλια· κἀν Αἰολοσίκωνι*, quae correctio nimis violenta est. Simplicissima ea est ratio, quam ipsa Athenaei verba commendant, ut in utroque dramate iidem hi versus usurpati sint ab Aristophane: solet enim poeta ea quae satis commode ipsi videntur dicta esse vel integra vel leviter tantum correcta iterare; compares Vesp. v. 1029 sq. cum Pac. 751 sq. quae consulto sunt repetita; alia fortuito prorsus congruunt, ut Equitt. v. 155 cum Pac. v. 886. Quid quod saepe in eadem comoedia eadem iterantur, ut in Avibus v. 192 et v. 1218, in Equitt. v. 96 et v. 114, in Nubb. 113 et 883. Hos autem versus bis in duabus comoediis positos esse, eo minus est mirum, quod compositi sunt ad similitudinem exordii nobilissimi, quo usus est Euripides in Hecuba:

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

atque ita comparati sunt versus, ut utrique comoediae satis bene conveniant. Etenim haec quoque Aeolosicon ille dicit, quem gravitatem tragici sermonis imitari consentaneum est, aptaque satis est Thearionis commemoratio: pariterque commodissima sunt Gerytadi, in qua fabula Aristophanes saepius hoc ipsum Hecubae exordium risit. Vs. 1 *Θεαρίωνος* Toupius I p. 15, vulgo *Θεαρίων, ὅς*. Vs. 2 *ἐδώλια* Casaubonus, libri *ἐδωδία*. De Thearione vid. Plato Gorgia p. 518 B. unde saepius Aristides eius mentionem fecit vol. III p. 144.

180. 203. 245. 251. 327. 445. ed. Cant. et scholiasta Dindorfii vol. III p. 456. 514. 609. 623. Adde Simplic. in Epictet. p. 269 ed. Lugd. 1640: *Οὐδὲ γὰρ πρὸς Θεωρίωνας καὶ Παξάμονας ἡμᾶς ἡ φύσις ᾠκείωσε καὶ τὴν μαγειρικὴν κακοτεχνίαν.* scrib. *Θεαρίωνας καὶ Παξάμους*, de Paxamo vid. Athen. IX p. 376 D. Pollux VI 70.

VIII.

Καί κ' ἐπιθυμήσειε νέος νῆς ἀμφιπόλοιο.

Herodianus *περὶ μον. λέξ.* p. 7, 11: *Ἀλλὰ καὶ ἡ νέα νῆ εἰρημένον — παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν δινσίλλωνι καὶ ἐπιθυμήσειε κτλ.* Correxit haec Dindorfius, qui comparat Ecclesiaz. v. 1050 sqq. sed illius loci alia est ratio: videtur hic versus ex oraculo depromtus esse, in quo significabatur incestus ille amor, quem Euripides in Aeolo exhibuerat, quemque Aristophanes in hanc comoediam inde transtulit.

IX.

Κοιτὼν ἁπάσαις εἷς, πύελος δὲ μί' ἀρκέσει.

Pollux I 79: *κοιτών, εἰ γὰρ καὶ Μένανδρος αὐτὸ βαρβαρικὸν οἴεται, ἀλλ' Ἀριστοφάνης τὰ τοιαῦτα πιστότερος αὐτοῦ ἐν Αἰολοσίκωνι· Κοιτὼν κτλ.* De mulierum libidinibus agi videtur.

X.

Καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν
ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ
πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Pollux X 116: *Ὁ δὲ λυχνοῦχος — ἐν δὲ τῷ Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι Καὶ διαστίλβ. κτλ.* legebatur *κενῷ*, quod correxit Salmasius. Athenaeus XV p. 1561 ed. Dind. in cod. A: *Ὅτι δὲ λυχνοῦχοι οἱ νῦν καλούμενοι φανοι ὠνομαζοντο . . . . φανης ἐν . . . λοσι . . . . πα . . . . σιν κα . . . στιλ . β θορω ὁμοίως περ ἐν κενω λυχνουχω παντ . . . σ ἐξωμιδος.* Recte versus disposuit Dindorfius.

Sermo est de veste pellucida, quae mulieris pulcritudinem prodit. *Λυχνοῦχος* quid sit accurate exponit Phrynichus Bekkeri vol. I p. 50 23: *Λυχνοῦχος, λαμπτήρ, φανὸς διαφέρει. λυχνοῦχος μέν ἐστι σκεῦός τι ἐν κύκλῳ ἔχον κέρατα, ἔνδον δὲ λύχνον ἡμμένον, διὰ τῶν κεράτων τὸ φῶς πέμποντα· λαμπτὴρ δὲ χαλκοῦν ἢ ξύλινον λαμπάδιον ὅμοιον, ἔχον θρυαλλίδα· φανὸς δὲ φάκελός τινων συνδεδεμένος καὶ ἡμμένος.*

XI.

Α. Οὐκ ἐτός, ὦ γυναῖκες,
πᾶσι κακοῖσιν ἡμᾶς
φλῶσιν ἑκάστοτ' ἄνδρες;
Β. Δεινὰ γὰρ ἔργα δρῶσαι
λαμβανόμεσθ' ὑπ' αὐτῶν.

Hephaestio p. 51 ed. Gaisf.: *Τὰ δὲ εἰς τὸν ἀμφίβραχυν ἢ βακχεῖον, δίμετρα μέν, τὰ ἐξ Αἰολοσίκωνος Ἀριστοφάνους Οὐκ ἐτὸς κτλ.* Mulieres de ipsarum foedis libidinibus colloquuntur, distribui autem ita, ut duae personae canticum illud recitent. Vs. 3 Dindorfius *ἑκάστοθ' ἄνδρες* scripsit. Ad hanc fabulam probabiliter rettulit Dindorfius alium locum apud Athen. I p. 48 E:

Ὅστις ἐν ἡδυόσμοις
Στρώμασι παννυχίζων
τὴν δέσποιναν ἐρείδεις.

de quo loco dicetur infra Inc. Com. Fr.

XII.

Καὶ δι' ὀπῆς κἀπὶ τέγους.

Pollux X 25: *Ἡ δὲ ὀπὴ εἴρηται ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνους Καὶ δι' κτλ.* De adulteris haec videntur dicta esse, comparat Grauert Xenarchum apud Athenaeum XIII p. 569 B: *Μὴ κλίμακ' αἰτησάμενον εἰσβῆναι λάθρα, Μηδὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης, Μηδ' ἐν ἀχύροισιν εἰσενεχθῆναι τέχνῃ.*

XIII. XIV. XV. XVI.

Pollux IX 89: *Ἐν — τῷ Αἰολοσίκωνι τὸ μὴ ἔχειν κέρματα ἀκερματιᾶν ὠνόμασεν.* vulgo male legitur *ἀκερματίαν.* Correxit etiam Fritzschius Emendatt. in Aristoph. p. 18. — Idem X 24: *Παρὰ δὲ Ἀριστοφάνῃ ἐν Αἰολοσίκωνι καὶ κλειδίον.* — Idem X 118: *Ὅταν δ' εἴπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης Δυοῖν λυχνιδίοιν, δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ' οὐ λύχνους μικρούς.* — Idem X 128: *Ἐν δὲ Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι καὶ σμηματοφορεῖον.* addunt haec codd., nisi quod Falckenb. *σμηματοφόρον* exhibet.

XVII.

Scholiasta Pacis v. 740: *Ἀριστοφάνης ὡς γαστρίμαργον τὸν Ἡρακλέα κωμῳδεῖ καὶ ἐν Ὄρνισι καὶ ἐν Αἰολοσίκωνι.* videntur igitur Herculis quoque in hac fabula fuisse partes.

ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ.

Hanc fabulam doctam esse praetore Chabria Olymp. XCI 2 docet argum. Avv. II: *Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου, εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου.* quae comoedia cum proxime praegressa sit Aves, ad huius comoediae similitudinem quin accesserit, non dubitari potest. Syracosius autem tunc tulerat legem, qua comoediae licentia coerceretur, de qua praeter alios dixit Meineke vol. I p. 12; recte autem, ut arbitror, Droysenus in Museo Rhen. vol. IV p. 60 statuit, hac lege illud potissimum vetitum esse, ne commemorarentur ii, qui propter mysteria profanata in iudicium essent vocati: itaque sane non omnis omnino comoediae libertas erat sublata, at quoniam illa actione nihil tunc erat memorabilius nihilque gravius, comici autem poetae praesens tantum tempus quodque quoque tempore maxime eminet spectant, pro-

fecto illo anno nervi comoediae elisi erant: itaque etiam hanc fabulam magis compositam remissamque fuisse consentaneum est. Existimant autem Bentleius, Sueveruius, alii Amphiarai expeditionem adversus Thebas exhibitam fuisse, ut Niciae cunctabundus animus in Sicula expeditione ante oculos spectantibus proponeretur; quam coniecturam illi ex solo nomine fecerunt, namque nihil reperitur in comoediae reliquiis, quod hanc opinionem confirmet. At nomen accepit fabula ab Amphiarao heroe, qui divinis honoribus cultus non solum consulentibus oracula edebat, verum etiam pariter atque Aesculapius morbis medebatur. Amphiarai oraculum in confiniis Atticae et Boeotiae non procul ob Oropo erat, vid. Pausan. I 34 1, qui deinde addit: *Λέγεται δὲ Ἀμφιαράῳ φεύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὴν γῆν καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ἅρμα ὑπεδέξατο· πλὴν οὐ ταύτῃ συμβῆναί φασιν, ἀλλά ἐστιν ἐκ Θηβῶν ἰοῦσιν ἐς Χαλκίδα Ἅρμα καλούμενον· θεὸν δ' Ἀμφιάραον πρώτοις Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν.* Ara in honorem Amphiarai exstructa simul etiam Iasoni sacra erat, vid. ibid. 3: *τετάρτη δέ ἐστι τοῦ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανακείας, ἔτι δὲ Ἰασοῦς καὶ Ὑγιείας καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας.* atque Iaso apud Aristophanem ipsius Amphiarai est filia, vid. Fragm. VII, alias Aesculapii esse dicitur. Prope fanum erat fons sacer, e quo olim Amphiaraus divinis ornatus honoribus ab inferis rediit, Pausan. ibid. 4: *ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν κτλ.* aqua autem fontis erat frigidissima, qua aegroti lavabantur, vid. Xenoph. Memorab. III 13 3: *Πότερον δέ, ἔφη, τὸ παρὰ σοὶ ὕδωρ θερμότερον πιεῖν ἐστιν, ἢ τὸ ἐν Ἀσκληπιοῦ; Τὸ ἐν Ἀσκληπιοῦ ἔφη. Πότερον δὲ λούσασθαι ψυχρότερον τὸ παρὰ σοὶ ἢ τὸ ἐν Ἀμφιαράου; Τὸ ἐν Ἀμφιαράου, ἔφη.* Huc pertinet Fragm. X. Aegrotos potissimum Amphiarai oraculum petivisse ostendit titulus prope Oropum repertus Boeckh. Corp. Inscr. vol. I no. 1570. ubi inter alia donaria in templo huius Amphiarai vetustate collapsa (*Ἄρχοντος ἐν κοινῷ Βοιωτῶν Στράτωνος, ἱερέως δὲ τοῦ Ἀμφιαράου Ἐπι-*

κράτου — ἐπειδὴ συμβαίνει τινὰ τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ Ἀμφιαράου ἀργυρωμάτων ἀχρεῖα γεγονέναι κτλ) haec quoque memorantur: *Μέλανος προσώπιον. Βοΐσκου προσώπιον. Φιλίας τιτθός. Ἀρσίνου αἰδοῖον. (Κή) πωνος αἰδοῖον. Εὐφροσύνης τιτθός. Φαττίου χείρ.* Oracula Amphiarai memorat Pausanias ibid. 4, atque oraculum etiam in Aristophanis comoedia exhiberi videtur, Fragm. VIII; addit autem Pausanias heroem plerumque in somnis suam cubantibus in fano voluntatem significasse: *Δοκῶ δὲ Ἀμφιάραον ὀνειράτων διακρίσει μάλιστα προσκεῖσθαι· δῆλον δέ, ἡνίκα ἐνομίσθη θεὸς δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος, καὶ πρῶτον μὲν καθήρασθαι νομίζουσιν ὅστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος· ἔστι δὲ καθάρσιον τῷ θεῷ θύειν· θύουσι δὲ αὐτῷ καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ ταὐτὸ τὰ ὀνόματα· προεξειργασμένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος.* Adde praeterea Herodot. VIII 134: *τοῦτο δὲ ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάρεω.*

Itaque in hac comoedia Aristophanes senem exhibuit, gravi morbo vexatum, qui denique de salute desperans uxore comite ad Amphiaraum se confert, ut ab hoc opem impetret: in integrum sane ut videtur restituitur ille senex et iuvenile robur recipit, sed non Amphiarao auctore, verum alio quo modo, ludicro fortasse, quem finxit poeta. Etenim comicus poeta hac imagine senis aegrotantis et Amphiaraum consulentis proposita hoc potissimum spectavit, ut vanam rideret Atheniensium superstitionem. Vidit igitur aliquid Suevernius, qui in comment. de Avv. p. 58 sq. Niciam vexatum fuisse in hac comoedia coniecit, quamvis a recta ratione aberraverit. Atheniensium autem credulitas et inanis superstitio maxime apparuit eo tempore, quo in Siciliam expeditio parabatur, cum cives morbi pestiferi vi et belli calamitate vix liberati (apud Thucyd. VI 12 Nicias dicit: *νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν.* et ipse Thucyd. VI 26: *ἄρτι ἀνειλήφει ἡ πόλις ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς νόσου καὶ τοῦ ξυνεχοῦς πολέμου ἔς τε ἡλικίας πλῆθος ἐπιγεγενη-*

μένης καὶ ἐς χρημάτων ἄθροισιν.) omnem omnino fiduciam in vatum promissis reponerent, et inter spem metumque fluctuarent, vid. Thucyd. VI c. 24 et c. 31. Et vatum quidem oracula plurima ferebantur, quae saepe sibi prorsus adversabantur, vid. Plutarch. vit. Nic. c. 8: *Καίτοι λέγεται πολλὰ καὶ παρὰ τῶν ἱερέων ἐναντιοῦσθαι πρὸς τὴν στρατείαν, ἀλλ' ἑτέρους ἔχων μάντεις ὁ Ἀλκιβιάδης ἔκ δή τινων λογίων προὔφερε παλαιῶν, μέγα κλέος ἔσεσθαι τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας κτλ.* Cuius vanitatis postea valde poenituit Athenienses, vid. Thucyd. VII 1: *ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι, καὶ ὁπόσοι τι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν.* documento est vel maxime Euripidis Electra, quam tragoediam continuo post calamitatem illam Siculam doctam esse demonstrabo alias. Illa autem superstitione maxime insignis erat Nicias, de quo Thucydides VII 50: *καὶ Νικίας, ἦν γάρ τι καὶ ἄγαν θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος, οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, πρὶν ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι.* et eundem propter hanc religionem digno ornat praeconio VII 86: *Ἥκιστα δὴ ἄξιος ὢν ἐς τοῦτο δυστυχίας ἀφικέσθαι διὰ τὴν νενομισμένην εἰς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν.* Adde Plutarchum in vita Niciae c. 4 et 5. At ob id ipsum graves poenas dedit comicis poetis, quemadmodum Aristophanes in Equitibus superstitiosum Niciae animum eximie depingit: hic autem eo maxime tempore, quod Siculam praecessit expeditionem, timidum animum ostenderat, itaque veri sane est simile Aristophanem etiam in hac comoedia Niciae non pepercisse. At vero senex ille, quem repraesentavit poeta, non est Nicias quasi aliquis, sed ipse populus Atheniensis, qui a religionis vinculo solutus repuerascit et iuvenilia audet facinora, quemadmodum in Equitibus senex ille *Δῆμος* recoctus et purgatus a vitiis resipiscit, vel in Vespis Philocleon a nimia iudicandi libidine liberatur, vel in *Senectute* senes illi omnibus malis exuti lasciviunt: ex quibus exemplis satis superque apparet, quantum Aristophani haec imago placuerit. Et Theopompus

quoque, si recte conieci, in fabula, quae *Παῖδες* inscribitur, similem repraesentaverat speciem.

I.

Α. Γύναι τί τὸ ψοφῆσάν ἐσθ'. Β. ἀλεκτρυὼν
τὴν κύλικα καταβέβληκεν. Α. Οἰμώζουσά γε.

Scholiasta Nubb. 633: *Οὐκ ἂν ἄλλως λέγοιτο τοῦτο, εἰ μὴ ἐν ἔθει ἦν τότε καὶ τὴν θήλειαν ἀλεκτρυόνα καλεῖν· σαφὲς δὲ γίνεται ἐν Ἀμφιαράῳ· Γύναι τί τὸ ψοφῆσαν κτλ.* legebatur *ἔστιν, ἡ ἀλεκτρυὼν — οἰμώξουσά γε*, quae correxit Brunkius. Colloquitur autem decrepitus ille et viribus defectus senex cum uxore.

II.

Ἔπειτ' ἔρειξον ἐπιβαλοῦσ' ὁμοῦ πίσοις.

Pollux VII 181: *Ἐρείκειν — Ἀριστοφάνης γὰρ ἐν Ἀμφιαράῳ φησὶν Ἔπειτ' ἔρειξεν ἐπ. ὁ. πίσους. ἔρειξεν*, quod barbarum est, debuit enim *ἤρειξεν* scribi, correxi, item scripsi *πίσοις*, nam cod. Falckenb. *πισοῖς*. Respicit haec Pollux VI 60: *Ἀριστοφάνης δὲ καὶ πληθυντικῶς λέγει τοὺς πίσους.* Haec quoque morosus ille senex loquitur, qui uxorem sibi *φακῆν* parare iubet, ut coniicio. Senes enim et aegroti hac fruebantur, ut est in Vespis v. 871: *ΒΔΕΛ. Καὶ πῦρ γε τουτὶ καὶ προσέστηκεν φακῆ, Ῥοφεῖν ἐὰν δέῃ τι. ΦΙΛ. Τοῦτ' αὖ δέξιον. Κἂν γὰρ πυρέττω, τόν γε μισθὸν λήψομαι. Αὐτοῦ μένων γὰρ τὴν φακῆν ῥοφήσομαι.*

III.

Ὅστις φακῆν ἥδιστον ὄψων λοιδορεῖς.

Athenaeus IV p. 158 C: *Ἀριστοφάνης — ἐν Ἀμφιαράῳ Ὅστις κτλ. ὄψον* cod. P et Eustath. p. 1572 51: *φακέα φακῆ τὸ κατά τινα παλαιὸν ἥδιστον ὄψον.* Dicit haec mulier, cum aegrotus ille senex, modo quod desideraverat, repudiaret.

IV.

Πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ πρωκτῷ φλέων;

Scholiasta Ran. 246: *Φλέω, λοχμῶδες φυτόν. — μέμνηται αὐτοῦ καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ· Πόθεν ἂν κτλ.* Eadem Suidas v. *φλέων*, nisi quod *τῷ πρωκτῷ βύσμα* legit. Cfr. Phrynich. Bekker. I p. 70. 26. Haec quoque misere affectus senex loquitur. At cum non iam tolerare diutius posset uxor, senem ad Amphiarai fanum advexit, quemadmodum Bdelyceon patrem Aeginam misit in Vespis v. 121: *Ὅτε δῆτα ταύταις ταῖς τελεταῖς οὐκ ὠφέλει, Διέπλευσεν εἰς Αἴγιναν· εἶτα συλλαβὼν Νύκτωρ κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ.*

V.

Λαμπτρεὺς ἔγωγε τῶν κάτω.

Harpocratio *Λαμπτρεῖς — Λαμπτραὶ δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος — δύο δέ εἰσι Λαμπτραί, αἱ μὲν παράλιαι, αἱ δὲ καθύπερθεν. Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ· Λαμπτρεὺς κτλ.* Senex haec dicere videtur, cum ad Amphiarai fanum pervenisset.

VI.

Νόσῳ βιασθεὶς ἢ φίλων ἀχηνίᾳ;

Suidas: *Ἀχηνία· ἀπορία, πενία, Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ· Νόσῳ β. κτλ.* Gramm. Bekkeri I p. 474 7: *Ἀχηνία· ἀπορία, πενία. Ἀριστοφάνης οὕτως εἴρηκεν.* In fine interrogandi notam posui, quam instituta sententia requirit, sciscitatur autem aliquis, fortasse sacerdos ex sene, quid ab oraculo petat. Ipsa autem illa verba prope ad tragicam accedunt gravitatem.

VII.

Ἀλλ' ὦ θύγατερ, ἔλεξ' Ἰασοῖ πρευμενής.

Scholiasta Pluti v. 701: *Προσῆκε τῷ Ἀσκληπιῷ ἡ Ἰασὼ παρὰ τὴν ἴασιν ὠνομασμένη· ἀλλὰ καὶ θυγατέρα τοῦ Ἀμ-*

φιαράου αὐτὴν εἶπεν ἐν ἐκείνοις· Ἀλλ' ὦ θύγατερ ἔλεξά σοι πρευμενής. Emendavit Seidlerus. Hesychius: Ἰασὼ παρὰ τὸ ἰᾶσθαι. φησὶ δὲ Ἀριστοφάνης καὶ Ἀμφιαράου θυγατέρα εἶναι Ἰασώ. Quemadmodum in Pluto Aesculapius, in cuius templo decrepitus Plutus incubat, Iaso et Panaceam comites vel filias habet, ita in hac comoedia ad Amphiaraum easdem transtulit poeta, cfr. de Amphiarao Pausaniam I 34 3, de Aesculapio Aristidem I p. 79 ed. Dind.: ἔτι δὲ ὑμῶν τε αὐτῶν καὶ ἀδελφῶν, οἷς Ἰασώ τε καὶ Πανάκεια καὶ Αἴγλη σύνεστι καὶ Ὑγίεια, ἡ πάντων ἐπίρροπος, Ἠπιόνης δὴ παῖδες ἐπώνυμοι.

VIII.

Ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον ἠΰτε κίγκλος
ἀνδρὸς πρεσβύτου· τελέειν δ' ἀγαθὴν ἐπαοιδήν.

Aelianus de Nat. Anim. XII 9: Κινεῖ δὲ (ὁ κίγκλος) καὶ τὰ οὐραῖα πτερὰ — μέμνηται δὲ καὶ τοῦ ὄρνιθος τοῦδε Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ λέγων· Ὀσφὺν κτλ. Vs. 1 legebatur κίγκλον, quod minus aptum, cfr. Photius p. 163 20: Κίγκλος· ὄρνεον τὴν ὀσφὺν πολλὰ κινοῦν, ὅ τινες σεισοπυγίδα καλοῦσιν. Διακίγκλισον respexit Hesychius: Διακίγκλισον· διάσεισον, κίγκλος δὲ ὄρνεον ἡ σεισοπυγίς. — Vs. 2 legebatur τελέει, quod omnino ferri non potest. Infinitivus pro imperativo ne Atticis quidem inusitatus, Phrynichus Bekkeri I p. 4, 7: Αὐτοσχεδιάζειν σύ, ἥκειν σύ· ἀντὶ τοῦ αὐτοσχεδίαζε σὺ καὶ ἧκε σύ. Ἀττικὸν τὸ σχῆμα, ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ. Cfr. Ran. 132: τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν. Haec autem ad modum oraculi praecipiuntur mulieri, ut senis robur excitet.

IX.

Pollux II 176: Τὸ δὲ ἐπεγείρειν τὸ αἰδοῖον ταῖν χεροῖν καὶ ἀνακνᾶν ἀναφλᾶν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ λέγει. Ita Dindorfius scripsit, recte fortasse, sed vulgo legitur ἀναφλᾶν καὶ ἀνακλᾶν, et ita fere codd. nisi quod

nonnulli *ἀναφλᾶν* prorsus videntur omittere. Etymol. M. p. 795 30 et Photius p. 650 17: *φλᾶν τύπτειν ἢ μαλάττειν· καὶ τὸ ἀναμαλάττειν ἀναφλᾶν* (hoc omisit Photius) *Ἀριστοφάνης*, qui quidem fortasse respexerunt Lysistr. v. 1099: *Αἴκ' εἶδον ἁμὲ τὤνδρες ἀναπεφλασμένως*. Cfr. praeterea Etymol. M. p. 100 14: *Ἀναφλᾶν, χειροτριβεῖν τὸ αἰδοῖον· οἱ δὲ στυλῶσαι* corr. *τυλῶσαι*. vid. Pollux II 176: *ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τύλος τὸ αἰδοῖον, ὅθεν καὶ Φερεκράτης τὸ γυμνοῦν αὐτὸ τῇ χειρὶ ἀποτυλοῦν εἶπε*. Alibi est *ἀναψαθάλλειν τὸ πέος*, vid. Phrynich. Bekkeri vol. I 9, 6 eodemque modo in Platonis Cleophonte scribendum: *πέος ἐψάθαλλε λεῖος ὤν*.

X.

Antiatticista Bekkeri I p. 81 24: *Ἀκραιφνὲς ὕδωρ. Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ*. Phrynichus ibid. p. 23 4: *Ἀκραιφνὲς ὕδωρ. τὸ ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν ἑτέρας ἐπιρροῆς*. Fortasse dictum de fonte Amphiarai sacro.

XI.

Καὶ τοὺς μὲν ὄφεις, οὓς ἐπιπέμπεις,
ἐν κίστῃ που κατασήμηναι
καὶ παῦσαι φαρμακοπωλῶν.

Pollux X 180: *Κίσται — καὶ αἱ τῶν φαρμακοπωλῶν ἂν καλοῖντο, ὡς ἐν Ἀμφιάρεῳ Ἀριστοφάνης· Καὶ τοὺς κτλ.* Sic codd. optimi, alii *ἐπιτέμνεις* et similia peccant. Increpat autem chorus, ut videtur, Amphiaraum, cuius opem repudiat, cum senex iam iuvenile robur recuperaverit.

XII.

Antiatticista Bekkeri I p. 82 5: *Ἀνθρωπίζεται, Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ*. Pollux II 5: *Ἀνθρωπίζεται φησὶν Ἀριστοφάνης*. De sene repuerascente dictum.

XIII.

Erotianus p. 444 ed. Franz: *Λεβηρίδος, ὑμενώδους ἀποσύρματος, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῶν ὄφεων λεγόμενον γῆρας,*

ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ καὶ Στράττις ἐν Φοινίσσαις. Accuratius Hesychius: *Γυμνότερος λεβηρίδος Ἀριστοφάνης φησί· τυφλότερος λεβηρίδος. ἔστι δὲ λεβηρὶς τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας διὰ τὸ λέπος εἶναι· κενὸν δὲ τελέως ἐστὶ τοῦτο καὶ τυφλόν· τὰς γὰρ ὀπὰς μόνας ἔχει τῶν ὀφθαλμῶν· τάττουσι δὲ τὴν λέξιν ἐπὶ τέττιγος καὶ συνόλως ἐπὶ τῶν ἀποδυομένων τὸ γῆρας. τριχῇ δὲ ἀναγράφουσι τὴν παροιμίαν, καὶ οἱ μὲν τυφλότερος λεβηρίδος, οἱ δὲ κενότερος, οἱ δὲ γυμνότερος.* Adde Suidas v. *γυμνότερος*, Photius p. 611 23, Zenobius II 95.

XIV.

Καὶ νὴ Δί' ἐκ τοῦ δωματίου γε νῷν φέρε
κνέφαλλον ἅμα καὶ προσκεφάλαιον τῶν λινῶν.

Herodianus *περὶ μον. λέξ.* p. 39 15: *Τύλη ὅπερ σύνηθες Ἀττικοῖς, κνέφαλλον καλεῖν, ὁμωνύμως τῷ περιεχομένῳ τὴν περιέχουσαν. Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ· Καινὴ διὲκ τοῦ δ. γένων φέρε κν. ἅμα κ. πρ. ἐκ τῶν λινῶν.* correxit Dindorfius. quamquam ego quidem aliquando conieci legendum esse: *Κλινίδιον ἐκ τοῦ δωματίου γε νῷν φέρε, Κνέφαλλον ἅμα κτλ.* Pollux X 40: *ἐν δὲ Ἀμφιάρεῳ Ἀριστοφάνους· Κνέφαλον ἅμα καὶ προσκεφάλαιον τῶν λινῶν· δηλονότι ὡς καὶ σκυτίνων καὶ ἐρεῶν γιγνομένων.* Senex ille, postquam exuit senectam, lasciviens cum uxore ut concumbat, parat: cfr. Lysistrat. v. 926: *ΜΥΡΡ. Φέρε νῦν ἐνέγκω κλινίδιον νῷν. — ἰδού, κατάκεισ' ἀνύσας τι, κἀγὼ 'κδύομαι. Καί τοι, τὸ δεῖνα, ψίαθός ἐστ' ἐξοιστέα. — Ἰδοὺ ψίαθος· κατάκεισο· καὶ δὴ 'κδύομαι. Καί τοι τὸ δεῖνα, προσκεφάλαιον οὐκ ἔχεις.*

XV.

Ταυτὶ τὰ κρέ' αὐτῷ παρὰ γυναικός του φέρω.

Photius p. 596 14 et Suidas: *Τοὺ καὶ ἐπὶ τοῦ θηλυκοῦ τάττεται, ὥσπερ τὸ τινός. Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ Ταυτὶ κτλ.* Haec fortasse servus aliquis, qui iussu mulieris adulterae senem illum adit.

XVI.

Pollux X 92: *Καὶ σπυρίδα δὲ ὀψωναδόκον πλεκτὴν σχοῖνον ἐν Ἀμφιάρεῳ Ἀριστοφάνης ἔφη.*

XVII.

Ὦ μιαρὲ καὶ Φρυνῶνδα καὶ πονηρὲ σύ.

Suidas: *Φρυνώνδας· τῶν ἐπὶ πονηρίᾳ διαβεβοημένων, ὃς ξένος ὢν κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ διέτριβεν Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ Ὦ μιαρὲ κτλ.* Scholiasta Aeschin. Ctesiphont. p. 766 ed. Reisk.: *Φρυνώνδας, οὗτος ἐπὶ πονηρίᾳ διαβεβοημένος ὑπῆρξεν· ὅθεν Ἀριστοφάνης πού φησιν· Ὦ μ. κτλ.* Scholiasta Vindob. Lucian. Alex. c. 4: *ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις, Ἀριστοφάνῃ δὲ Προαγῶνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις.* Expostulare videtur mulier cum sene, et fortasse huc pertinet versus, quem ex comico aliquo affert Photius p. 280 7: *Μύραινα· καταφερής, ἀπὸ τοῦ ζώου·*

Ὦ πρόδοτι, καὶ παραγωγὲ καὶ μύραινα σύ.

XVIII.

Οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν.

Hephaestio p. 53 ed. Gaisf.: *παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει ἐν Ἀμφιάρεῳ· Οἶδα κτλ.* Dixit haec in parabasi, et significasse videtur, se, cum comoediae libertas refrenata sit, antiquam comoediarum consuetudinem recepisse.

XIX.

Ἀφ' οὗ τὸ κωμῳδικὸν μορμολυκεῖον ἔγνων.

Scholiasta Pacis 473: *τὰ προσωπεῖα τὰ αἰσχρὰ μορμολυκεῖα, [ἀφ' οὗ] τραγικὰ καὶ κωμικά· καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ· ἀφ' οὗ κτλ.* Haec quoque ex parabasi petita: nihil aliud autem dicit poeta, quam hoc: *inde a quo tempore ego comicam artem tracto.*

XX.

Etymol. M. p. 112 52: *Τὸ δὲ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἀμφιαράῳ διὰ τοῦ ε ἠντεβόλησε δύο κλίσεις ὑπέστη.* Legebatur *ἀντεβόλησε*, correxit Sylburgius, et sic cod. Aug. ap. Tittmann. ad Zonar. I p. CXXIV.

XXI.

Harpocratio: *Ῥόπτρον — τὸν τῆς θύρας κρίκον — ὡς καὶ ἄλλοι, Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ.*

XXII.

Scholiasta Platonis p. 383 ed. Bekk.: *Παροιμία. ἱερὸν συμβουλὴ ἐπὶ τῶν καθαρῶς καὶ ἀδόλως συμβουλευόντων. — ἄλλοι δέ φασιν ἔπαινον φέρειν τῆς συμβουλῆς τὴν παροιμίαν· εἶναι γὰρ αὐτὴν θείαν καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ.*

Α Ν Α Γ Υ Ρ Ο Σ.

De tempore, quo haec fabula docta sit, nihil compertum habeo: neque quidquam prodest tenue illud indicium, quod in uno Fragm. Aristophanes Euripidis Hippolytum perstringit, quae fabula docta est Olymp. LXXXVII 4, praecipue si memineris Aristophanem saepenumero versibus Euripideis uti, qui ex fabulis multo ante doctis petiti erant, quippe Euripidearum tragoediarum apud Athenienses summa fuit auctoritas ardentissimumque studium; ita, ut ne longe discedam, Hippolytum non solum in Equitibus (vid. v. 16) et in Vespis (vid. v. 782) sed etiam in Thesmophoriazusis (vid. v. 276) et in Ranis (v. 962, saepius) tangit. At illud ipsum fragmentum alicuius momenti est ad fabulae argumentum satis illud quidem difficile et impeditum enodandum: namque videtur poeta in hac fabula mulierem Phaedrae similem exhibuisse. Etenim, quod vel ipsum fabulae nomen confirmat, Atticam aliquam famam de Anagyri herois vindicta in senem impium eiusque domum Aristophanes in

hac comoedia fuit persecutus: quam quidem fabulam illustrant ea, quae in codice Coisl. leguntur ap. Gaisf. Prov. p. 123: *Ἀναγυράσιος δαίμων· ὅταν χαλεπή τις τύχη καὶ πονηρὰ δυστυχία κατασείσῃ πᾶσαν οἰκίαν ἀλλεπαλλήλοις δεινοῖς ἡ παροιμία λέγεται. Φασὶ γὰρ γενέσθαι τινὰ γεωργὸν ἐν τῷ Ἀναγυρασίων δήμῳ αἰτίαν ἔχοντα εἰς τὸν πλησίον ἱδρυμένον βωμόν· διὸ συμφοραῖς τὸν ἄνθρωπον δειναῖς περιπεσεῖν· πρῶτον μὲν γὰρ ἀπέλαβε τὴν γυναῖκα, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς ἐγεγόνει· εἶτα τὸν υἱὸν ἐπήρωσε διαβολῇ πλαστῇ τῆς μητρυιᾶς χρησάμενος, καὶ λαβὼν αὐτὸν ἀνεβίβασεν εἰς πλοιάριον καὶ εἰς λυπρὸν ἐξέθηκε νησίδιον· εἶτα ὀνείδει κατεχόμενος αὐτός τε καὶ ἡ γυνὴ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, αὐτὸς μὲν συγκλείσας ἑαυτὸν μετὰ πάντων τῶν κτημάτων ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ πῦρ ὑποβαλὼν ἐκαύθη· ἡ δὲ γυνὴ εἰς φρέαρ ἑαυτὴν ἔρριψεν.* Vides iam quanta similitudo inter hanc et illam de Theseo et Phaedra famam intercedat. Similia, quamvis minus accurata Suidas v. *Ἀναγυράσιος* exhibet: *Ἀναγυράσιος δαίμων καὶ τέμενος Ἀναγύρου ἐν τῷ δήμῳ τῶν Ἀναγυρασίων. Ἀναγυράσιος δαίμων, ἐπεὶ τὸν παροικοῦντα πρεσβύτην καὶ ἐκτέμνοντα τὸ ἄλσος ἐτιμωρήσατο Ἀνάγυρος ἥρως. (Ἀναγυράσιοι δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς) τούτου δέ τις ἐξέκοψε τὸ ἄλσος· ὁ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐπέμηνε τὴν παλλακήν, ἥτις μὴ δυναμένη συμπεῖσαι τὸν παῖδα διέβαλεν ὡς ἀσελγῆ τῷ πατρί· ὁ δὲ ἐπήρωσεν αὐτὸν καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν· ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἀνήρτησεν, ἡ δὲ παλλακὴ εἰς φρέαρ ἑαυτὴν ἔρριψεν. ἱστορεῖ δὲ Ἱερώνυμος ἐν τῷ περὶ τραγῳδιοποιῶν, ἀπεικάζων τούτοις τὸν Εὐριπίδου Φοίνικα.* Et sane etiam ad Phoenicis similitudinem accedit illa Attica fabula. Ab heroe igitur Anagyro poenas ab impio sene repetente comoedia nomen traxit. In exordio autem fabulae videtur poeta filium, quem perdite amabat pater senex, equorum alendorum studio deditum induxisse, quod quidem studium insanum et perversum quantopere tunc Athenis viguerit, ostendit Nubium exordium: omnino enim illa scena prorsus ad eundem modum conformata fuisse videtur.

I. II.

Μὴ κλᾶ'. ἐγώ σοι βουκέφαλον ὠνήσομαι.
Ψῆχ' ἠρέμα
τὸν βουκέφαλον καὶ κοππατίαν.

Etymol. M. p. 207 53 et Gudian. p. 113 47: *Ὅτι δὲ τῶν Θετταλικῶν ἵππων τινὲς ἐκαλοῦντο βουκέφαλοι δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ Μὴ κλαῖ'· ἐγὼ κτλ. καὶ πάλιν ψήχει ἠρέμα κτλ.* *Κλᾶε* Dindorfius scripsit, ego *ψῆχ'*, nisi forte malis *ψήχειν δ' ἠρέμα τὸν βουκέφαλον καὶ κοππατίαν*, ut sint anapaesti: est autem alter locus ex ea scena petitus, ubi filius voti compos servum equos curare iubet.

III.

Α. Ὡς δ' ὀρθοπλήξ. Β. πέφυκε γὰρ δυσγάργαλις.

Photius p. 346 16 et Suidas v. *ὀρθοπλήξ· Ὀρθοπλὴξ ἵππος· ὀρθὸς ἐπαιρόμενος καὶ πλήσσων. Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ Ὡς δ' κτλ.* Respicit huc Phrynichus Bekkeri I p. 37 1: *Δυσγάργαλος ἵππος. ἐπὶ τῶν ψήχεσθαι δυσανασχετούντων τίθεται.*

IV.

Pollux X 55: *Τὴν δὲ ψήκτραν — Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ εἶπεν. ψήκτρα* dixit etiam Sophocles ibid. cfr. Phrynichus Bekkeri I p. 73 15.

V.

Pollux X 74: *Καὶ τὸν πνιγέα ἐπὶ ἵππου Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ λέγει.* Dindorfius huc refert versiculum in Etymol. M. p. 677 40 omisso poetae nomine adscriptum: *Περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα.* at iste poeta, quisquis fuit, non de equo dixerat, sed ad hominem transtulit.

VI.

Pollux X 56: *Στόμια δὲ πριονωτὰ ἔφη ἐν Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνης.*

VII.

Πρὸς θεῶν, ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν
καὶ κερκώπην θηρευσαμένη
καλάμῳ λεπτῷ.

Athenaeus IV p. 113 B: *Ἥσθιον δὲ καὶ τέττιγας καὶ κερκώπας ἀναστομώσεως χάριν. Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ Πρὸς θεῶν ἐρᾷ κτλ.* *ἔραμαι* Porsonus scripsit. Quemadmodum Euripides in Hippolyto Phaedram amoris vesania percitam ista dicere fecit v. 219: *Πρὸς θεῶν, ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι καὶ παρὰ χαίτην ξανθὴν ῥῖψαι*, ita Aristophanes finxit fastidiosam mulierum, privigni amore flagrantem, ista dicere: voluitque illa aucupio uti, quemadmodum Phaedra venari.

VIII.

Οὐχ ἑψητῶν λοπάς ἐστιν.

Athenaeus VII p. 301 A: *Ἑψητὸς ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων· Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ Οὐχ ἑψ. λ. ἐστιν.*

IX.

Εἰ μὴ παραμυθεῖ μ' ὀψαρίοις ἑκάστοτε.

Athenaeus VIII p. 385 F: *Τὸ ἐν Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνους Εἰ μὴ κτλ. ἀντὶ τοῦ προσοψήμασιν ἀκούομεν.* Legebatur *παραμύθημ'*, quod correxit Brunckius. Phrynichus Bekk. I p. 53 5: *Ὀψάριον· τὸ ὄψον, οὐχὶ τοὺς ἰχθῦς· οἱ δὲ νῦν τοὺς ἰχθῦς λέγουσιν.*

X.

Πλὴν ἀλεύρου καὶ ῥόας.

Athenaeus XIV p. 650 E: *Τῶν γὰρ ἀπυρήνων (ῥοῶν) Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει καὶ ἐν Ἀναγύρῳ Πλὴν κτλ.*

XI.

Καὶ μὴν χθές γ' ἦν Πέρδιξ χωλός.

Scholiasta Avv. v. 1292: *Ὁ Πέρδιξ ὄνομα καπήλου· χωλὸς δὲ ἦν οὗτος· μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ ἐν Ἀναγύρῳ Καὶ μὴν χθὲς γὰρ ἦν Π. χ.* (correxit Porsonus) *τούτου δὲ πολλοὶ μέμνηνται· ἀπὸ τούτου δέ φασι τὴν παροιμίαν Πέρδικος σκέλος, ἧς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς ἀμέτροις παροιμίαις μνημονεύει.* Cauponem fuisse Perdicem indicat ipse Aristophanes in Avibus: *Πέρδιξ μὲν εἷς κάπηλος ὠνομάζετο,*

at coquum fuisse arguit alius scholiasta ibid.: *κάπηλος δὲ ἀντὶ τοῦ μάγειρος· ἔσκαζε δὲ οὗτος· εἴρηται δὲ ἐν τοῖς πρόσθεν, ὅτε χωλὸς οὗτος ὁ Πέρδιξ, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν παροιμίαν Πέρδικος σκέλος ἐπὶ τῶν λεπτοπόδων.* At bene possunt haec inter se conciliari, quandoquidem Athenis coqui etiam cauponari solebant: ita quod Alexis dicit apud Athen. III p. 107 B: *Πρῶτον μὲν οὖν ὄστρεια παρὰ Νηρεῖ τινι* (malim *τινα*) *Ἰδὼν γέροντι φυκί' ἠμφιεσμένα Ἔλαβον ἐχίνους τε*, ad Nerea coquum non ignobilem pertinet, quem memorat Euphron ibid. IX p. 379 E: *Νηρεὺς δ' ὁ Χίος γόγγρον ἧψε τοῖς θεοῖς*, et Anaxandrides eo nomine comoediam scripsit, vide Meineke I p. 372.

XII.

Pollux X 114: *Τό ὑπόθημα τοῦ ὅλμου ὑφόλμιον, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ λέγει.*

XIII.

Καὶ ξυννένοφε καὶ χειμέρια βροντᾷ μάλ' εὖ.

Photius p. 311 15 et Suidas: *Ξυννένοφε ἐπινεφῆ καὶ ξυννεφῆ καὶ συννέφελά ἐστιν. Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ καὶ ξυνν. κτλ.* Hunc eundem, non diversum, ut videtur, locum respexit grammat. in append. ad Orionem p. 181 10: *Νείφω· νέφος γὰρ καὶ νένοφεν ὁ μέσος παρακείμενος παρὰ Ἀριστοφάνει.*

XIV.

Ὅρμου παρόντος τὴν ἀτραπὸν κατερρύην.

Photius p. 315 22 et Suidas: *Ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς. τὸ λεγόμενον. Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ Ὅρμου κτλ.* Respicit hoc proverb. etiam in Nubb. v. 74.

XV.

Ἐν τῷ στόματι τριημιωβόλιον ἔχων.

Pollux IX 64: *Ἐν δὲ τῷ Ἀναγύρῳ τὰ τρία ἡμιωβόλια τριημιωβόλιον εἴρηκεν.* De isto more pecuniae servandae vide supra.

XVI.

Α. Τοῦτ' αὐτὸ πράττω, δύ' ὀβολὼ καὶ σύμβολον ὑπὸ τῷ 'πικλίντρῳ. Β. Μῶν τίς αὔτ' ἀνείλετο;

Pollux IX 72: *Σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον. — διελέγχουσι δὲ αὐτὸ σμικρόν τι δύνασθαι 'Αριστοφάνης μὲν ἐν 'Αναγύρῳ λέγων Τοῦτ' αὐτὸ κτλ.* Sic enim recte homines docti ex codicum vestigiis restituerunt.

XVII.

Καὶ μὴν σκάφη 'σθ', ὡς ἄν τι ᾖ σπονδεῖον, ᾧ 'νεμοῦμεν.

Pollux X 76: *Ἔξεστι δὲ αὐτὸ καὶ λεβήτιον καλέσαι καὶ σκάφην εἶπεν ἐν τῷ 'Αναγύρῳ 'Αριστοφάνης· Καὶ ἡμισκάφης δ' ὡς ἐν τι ἐν ποδιλονίων ἐμοῦμεν.* Sic cod. Falckenb. vulgo ipsa Aristophanis verba desunt: correxi haec, quamquam *σπονδεῖον*, quod commemorat Pollux X 65 dubium videtur: in initio fortasse praestat *'Ημῖν σκάφη 'σθ'*. Olim conieceram: *'Ημῖν σκάφην δός, ἥν τις ᾖ, μὴ τριποδίῳ 'νεμῶμεν.* Alibi vas, quo vomituri utuntur, *λεκάνη* vel *λεκάνιον* vocatur, ut est in versibus Polyzeli apud Polluc. X 76 adde Antiphanem apud Athen. II p. 71 E: *Εὐτρέπιζε Ψυκτῆρα, λεκάνην, τριπόδιον, ποτήριον, Χύτραν, θυείαν, κάκκαβον, ζωμήρυσιν.* at *ποτήριον* Ruhnkenii coniectura est, codex *πότερον*, corrigi debebat *πτερόν*, uti est apud Cratinum in Horis Fragm. VI versus autem imperfectus est.

XVIII.

'Εκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν.

Grammaticus Bekkeri I p. 425 20 et Suidas v. *'Απλήγιος· 'Απληγίς, ἱματίδιον σύμμετρον 'Αναγύρῳ 'Αριστοφάνης 'Εκ δὲ κτλ.* In aemulum aliquem poetam haec dicta sunt, qui iis, quae poeta scite invenerat, mala fraude et parum prudenter erat abusus: quemadmodum in Nubibus v. 545 aequales poetas reprehendit quod eadem semper repetant:

Οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταὔτ' εἰσάγων,
ἀλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρων σοφίζομαι,
οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας καὶ πάσας δεξιάς.

et deinde Eupolin vituperat, quod Equites in suam rem converterit:

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας ϛκακὸς κακῶς.

Et fortasse hic quoque Eupolin potissimum perstringit. Existimavi autem aliquando ex hac comoedia et ex hac parabasi petitum esse versum, quem Plutarchus non posse suav. viv. sec. Epicur. c. 21 profert:

Καὶ παχυσκελὴς ἀλετρὶς πρὸς μύλην κινουμένη.

XIX.

'Αλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι, καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾶν.

Photius p. 387 7 et Suidas v. *παραλοῦμαι· παροιμιακῶς· εἰώθεισαν γὰρ πρότερον ἐν τοῖς βαλανείοις οἱ πλούσιοι παραλούειν τοὺς πένητας. 'Αριστοφάνης 'Αναγύρῳ 'Αλλὰ κτλ. οἷον συνεισιέναι τοῖς πλουσίοις, ὥστε μηδὲ σπόγγους φέρειν, ἀλλὰ τοῖς ἐκείνων χρῆσθαι.* **Adde Eustath. p. 1604 40:** *εὑρέθη γάρ ποτε τοῖς λουομένοις ἀντὶ σπόγγων πλέγμα τι ἀπὸ σπάρτων ὡς εἰκός· καὶ λέγεται 'Αριστοφάνης παραδηλοῦν αὐτὸ ἐν δράματι καλουμένῳ 'Αναγύρῳ.* **Non hunc quidem versum intellexit, at propinquum aliquem ut videtur. Omnino autem huius loci sententia obscura.**

XX.

Suidas *'Αμφιανακτίζειν· ᾄδειν τὸν Τερπάνδρου νόμον τὸν καλούμενον ὄρθιον — ἔστι δὲ καὶ ἐν Εὐναίᾳ καὶ ἐν 'Αναγύρῳ.*

XXI.

Pollux VII 24: *'Αναχύρωτον δὲ τὸν πηλὸν 'Αριστοφάνης ἐν 'Αναγύρῳ λέγει.*

XXII.

Suidas: *'Αργεῖοι φῶρες· ἐπὶ τῶν προδήλως πονηρῶν· οἱ γὰρ 'Αργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ κωμῳδοῦνται. 'Αριστοφά-*

νης Ἀναγύρῳ. Argivi ab Atticis poetis et tragicis et comicis saepe notati, cfr. Proverb. Vatic. II 49: *Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς αὕτη Σοφόκλειος· πεποίηται γὰρ Ἐριφύλη πρὸς Ἀλκμαίωνα λέγουσα· Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἐκτενῶς πρὸς ὁτιοῦν βλεπόντων καὶ πλησίον τι δοκούντων ὁρᾶν· οἱ δὲ ἐπὶ τῶν εἰς κλοπὴν ὑπονοουμένων· κωμῳδοῦνται γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσατο.*

ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΙ.

Babylonios et quo tempore et per quem docuerit Aristophanes indicant Photius p. 499 1 et Suidas v. *Σαμίων ὁ δῆμος. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ' ἐπὶ Εὐκλέους,* sic correxit Clinton, vulgo *καὶ* legitur. Dindorfius malebat *κέ*, sed vide Hanov. p. 5. Et actum esse hanc fabulam Euclide sive Eucle praetore Olymp. LXXXVIII 2 ipse Aristophanes affirmat, namque in Acharnensibus, quae comoedia anno post est docta, v. 377 dicit:

Αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἅπαθον
ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν·
εἰσελκύσας γάρ μ' εἰς τὸ βουλευτήριον
διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου.
κἀκυκλοβόρει κἄπλυνεν, ὥστ' ὀλίγου πάνυ
ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος,

ubi recte scholiasta: *τοὺς Βαβυλωνίους· τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ἐν οἷς πολλοὺς κακῶς εἶπεν· ἐκωμῴδησε γὰρ τάς τε κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς καὶ Κλέωνα παρόντων ξένων. εἶπε γὰρ δρᾶμα τοὺς Βαβυλωνίους τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἥτις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς ὁ Κλέων ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου ταῦτα πεποιηκότα. καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβα-*

λειν. τὰ δὲ Λήναια ἐν τῷ μετοπώρῳ ἤγετο, ἐν οἷς οὐ παρῆσαν οἱ ξένοι, ὅτε τὸ δρᾶμα τοῦτο οἱ Ἀχαρνεῖς ἐδιδάσκετο. **Docet enim hic locus magnis Dionysiis Babyloniorum drama actum esse, testaturque hoc ipse Aristophanes in Acharnens. v. 502:**

Οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι
ἥκουσιν οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οὑ σύμμαχοι
ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι.

ubi scholiasta: *διὰ τὸ ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις πολλῶν παρόντων ξένων εἰρηκέναι κατὰ πολλῶν Ἀριστοφάνην· διὸ καὶ κατηγορήθη ὑπὸ τοῦ Κλέωνος.*

Commode autem ipse Aristophanes exponit, quid in hoc dramate potissimum spectaverit: namque in parabasi Acharnens. v. 630 dicit:

Διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβούλοις
ὡς κωμῳδεῖ τὴν πόλιν ὑμῶν) καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει,*
ἀποκρίνεσθαι δεῖται νυνὶ πρὸς Ἀθηναίους μεταβούλους.
φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητὴς
π α ύ σ α ς ὑ μ ᾶ ς ξ ε ν ι κ ο ῖ σ ι λ ό γ ο ι ς μ ὴ λ ί α ν ἐ ξ α π α τ ᾶ σ θ α ι,
μ η δ' ἥ δ ε σ θ α ι θ ω π ε υ ο μ έ ν ο υ ς μ η δ' ε ἶ ν α ι χ α υ ν ο π ο λ ί τ α ς.
πρότερον δ' ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες
πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν. κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴποι,
εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.
εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας,

---

*) Sic recte scripsit Fritzschius, qui peculiarem de Babyloniis edidit commentationem Lips. MDCCCXXX.

εὕρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς, ἀφύων τιμὴν περιάψας.
ταῦτα ποιήσας πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν γεγένηται,
καὶ τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσιν δείξας ὡς δημοκρατοῦνται.
τοιγάρτοι νῦν ἐκ τῶν πόλεων τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγοντες
ἥξουσιν ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες τὸν ποιητὴν τὸν ἄριστον,
ὅστις παρεκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια.

Haec, ubi comparaveris cum iis Acharnensium versibus, quos supra indicavi, quin pertineant ad Babylonios, non potest cuiquam videri dubium. Aristophanes enim, cum in Daetalensibus vitam Atheniensium privatam perstrinxisset, anno post cum Babylonios doceret, animum ad publicas res advertit: et sane multa erant, quae poetam sollicitudine et tristitia afficerent: aestate enim illa, quae modo praegressa est, Lacedaemonii iterum incursionem in Atticam fecerant, et summa cum saevitia atque crudelitate agros vastaverant, vid. Thucyd. III 26; Lesbos insula, quae defecerat ab Atheniensibus, fuit sane rursus in deditionem recepta, sed tam crudele supplicium de Lesbiis sumserunt, vid. Thucyd. III 50, ut magis etiam sociorum animos a se alienarent: et tamen Cleon, qui nimis dirae fuerat auctor sententiae, nihil effecerat, vicerat enim mitior Diodoti animus in populi concione, vid. Thucyd. III 36 sq. Et ut alias omittam calamitates, sub hiemem pestifer ille morbus denuo saeviit Athenis, vid. Thucyd. III 81: tamen Athenienses tantum aberant, ut belli malis finem ipsi imponerent, ut Leontinis, qui opem Atheniensium impetraverant Gorgia auctore (qui missus est legatus Athenas Eucle praetore, vid. Diodor. XIII 53) sub extremam aestatem viginti naves subsidio mitterent. Haec, quae breviter tantum licuit adumbrare, poetae animo obversabantur, cum hanc comoediam scriberet, itaque duo potissimum elegit, quae in medium proferret omniumque oculis subiiceret. Et primum quidem vituperavit Athenienses, quod legatis, qui ipsis temere blandirentur, tam faciles praeberent aures, nec dubitarent ipsi se maximis periculis belli obiicere. Gorgias enim quantopere flumine ele-

gantissimorum verborum orationisque illecebris Atheniensium animos tenuerit vix dici potest, sciteque Diodorus dixit: *Οὗτος νῦν καταντήσας εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ ταραχθεὶς εἰς τὸν δῆμον διελέχθη τοῖς Ἀθηναίοις περὶ τὰς συμμαχίας καὶ τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους, ὄντας εὐφυεῖς καὶ φιλολόγους, διαφέρουσιν ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκώλοις καὶ παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις καί τισιν ἑτέροις τοιούτοις, ἃ τότε μὲν διὰ τὸ ξένον τῆς κατασκευῆς ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο κτλ.* Et quanti fuerit Gorgiae auctoritas ostendit vel ea comoedia, quam anno post docuit Aristophanes, Acharnenses, in quo quantum hoc eloquentiae studium ab isto potissimum viro Athenis excitatum rebus publicis privatisque detrimentum attulerit, poeta clarissime ostendit, sed de huius fabulae consilio alibi dicam plura. Iam vero poeta cum Atheniensium vellet levitatem reprehendere, qui orationis elegantia atque illecebris decepti faciles legatis praeberent aures et bellum longe perniciosissimum temere traherent, non tamen, quod visum est Rankio de vit. Aristoph. CCCXXXIX sq. ipsum Gorgiam exhibuit, namque hoc nullo idoneo argumento firmari potest, sed ut mihi quidem videtur longe ingeniosius et elegantius rem instituit, ut non Siculae alicuius civitatis legati, sed Barbari homines Athenas venirent: quae quidem Gorgiae et Atheniensium irrisio longe est acerbior. Iam illustratur etiam ipsum comoediae nomen, *Βαβυλώνιοι*, quod homines doctos multum exercuit. Babylonii apud Athenienses barbari, Hesychius: *Βαβυλώνιοι οἱ βάρβαροι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς*, adde Suidam *Βαβυλωνία κάμινος καὶ Βαβυλώνιοι παῖδες.* barbaros autem tanquam servos finxit poeta, quoniam Graecis, Atheniensibus maxime, libertatis studiosissimis, barbari omnes, quippe qui regis voluntati et arbitrio essent subiecti, quasi quaedam mancipia viderentur: ita igitur instituisse videtur poeta, ut in exordio fabulae legatus a Persarum rege missus Athenas veniret, magna comitum stipatus caterva, qui Persarum mos erat: ex his autem servis constabat chorus, qui si non per integram fabulam, at certe in prima parte egit, quemadmodum Ranae

quoque a Ranarum choro, qui est in exordio, nomen acceperunt. pertinent huc Fr. I — VII. Poeta autem cum Persarum legationem exhiberet, non sane ad veritatem rem composuit, neque enim credibile est revera circa illud tempus a Persis legatos Athenas missos esse, at fuit tamen, quod hanc imaginem poetae suppeditaret. Namque circa belli Peloponnesiaci initium Athenienses legationem, cui intererat Morychus, videntur ad regem Persarum misisse, ut eius amicitiam sibi conciliarent; scholiasta sane Thucydidis II 7 dicit Athenienses ad Thraces, Lacedaemonios ad Persas legatos misisse, *οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Πέρσας, οἱ δ' Ἀθηναῖοι πρὸς τοὺς Θρᾷκας*; at multo magis consentaneum est, utrosque Persarum auxilium ambitiose petivisse. At Morychi legationem satis illustrat Aristophanes in Vespis v. 1133: *ΦΙ. Τουτὶ τὸ κακὸν τί ἐστι πρὸς πάντων θεῶν; ΒΔ. Οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ', οἱ δὲ Καυνάκην. ΦΙ. Ἐγὼ δὲ σισύραν ᾠόμην Θυμοιτάδα. ΦΙ. Κοὐ θαῦμά γ'· ἐς Σάρδεις γὰρ οὐκ ἐλήλυθας. Ἔγνως γὰρ ἄν· νῦν δ' οὐχὶ γιγνώσκεις. ΦΙ. Ἐγώ; Μὰ τὸν Δί' οὐ τοίνυν· ἀτὰρ δοκεῖ γέ μοι Ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι. ΒΔ. Οὐκ ἀλλ' ἐν Ἐκβατάνοισι ταῦτ' ὑφαίνεται. ΦΙ Ἐν Ἐκβατάνοισι γίγνεται κρόκης χόλιξ; ΒΔ. Πόθεν, ὦ 'γάθ'; ἀλλὰ τοῦτο τοῖσι βαρβάροις Ὑφαίνεται πολλαῖς δαπάναις κτλ.* Scholiastae sane ad hunc locum non explanant, quid Morychus ille et Ecbatana sibi velint, at commode scholiasta Acharn. v. 61 dicit: *Πρέσβεις δὲ οὗτοι εἰσὶν οἱ περὶ τὸν Μόρυχον ἐμπλησθέντες τρυφῆς.* Omnino autem totus ille Acharnensium locus inde a v. 61 usque ad v. 128, qui scriptus est in legatos recens reversos, egregie rem illustrat. Et ad eandem legationem spectat poeta infra quoque v. 612:

Τί δαὶ Δράκυλλος κεὐφορίδης καὶ Πρινίδης;
εἶδέν τις ὑμῶν τἀκβάταν' ἢ τοὺς Χαόνας;

h. e. *Num strenuis et probis civibus contigit, ut legarentur ad Persas aut ad Chaones?* Sequuntur haec:

Οὔ φασιν· ἀλλ' ὁ Κοισύρας καὶ Λάμαχος,
οἷς ὑπ' ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρώην ποτέ,

ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας,
ἅπαντες ἐξίστω παρῄνουν οἱ φίλοι.

Apparet ex hoc loco Megaclem, Coesyrae filium et Lamadium legatorum munere functos esse, et Lamachum quidem coniicio ad Chaonas missum fuisse, Megaclem autem, de quo dicetur alias, illi ipsi legationi, cuius Morychus erat ut videtur princeps, interfuisse. *) Iam vero ut Aristophanes in Acharnensibus Atheniensium legatos induxit, qui Pseudartabam regis Persarum oculum et legatum secum ducerent, quasi is regio iussu Atheniensibus opes promitteret, similiter etiam in Babyloniis instituisse videtur, ut legati in concionem populi introducti aureos quasi quosdam montes Atheniensibus minarentur.

Sed Aristophanes non solum docuit, vana esse et commenticia, quae exterorum populorum legati promitterent, verum etiam ostendit, quam crudeliter Atheniensium socii, qui vectigalia penderent, a viris illis popularibus tractarentur, id quod dilucide ostendit Acharnensium parabasis, maxime illa verba:

Καὶ τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσιν δείξας ὡς δημοκρατοῦνται,

cuius loci sententiam prorsus non perspexit Rankius: sed quam gravis fuerit sociorum conditio inde a belli Peloponnesiaci initio, nihil adtinet exponere. Hos igitur socios vectigales exhibuit in scena Aristophanes, quorsum spectant Fr. IX. X. XI al.; deinde, quantopere ab illis viris popularibus vexati sint, ostendisse videtur. At quoniam illi ipsi Dionysiorum solennitati, qua haec comoedia docta est, legati sociorum interfuerunt, et spectabant, quo pacto ipso-

*) Nescio autem an etiam tertium aliquem legatum liceat his addere: namque Strabo I p. 47 ex Damaste haec refert: *Διότιμον τὸν Στρομβίχου πρεσβείας Ἀθηναίων ἀφηγούμενον διὰ τοῦ Κύδνου ἀναπλεῦσαι ἐκ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Χόασπιν ποταμόν, ὃς παρὰ τὰ Σοῦσα ῥεῖ. ταῦτα δ' αὐτῷ διηγήσασθαι τὸν Διότιμον.* Diotimus Strombichi filius non multo ante initium belli Peloponnesiaci dux fuit, vid. Thucyd. I 45, sin tamen quis aliam Strombichi legationem esse existimet, non intercedam.

rum ageret causam contra Cleonis aliorumque impotentem dominationem, profecto illa res debuit Cleonis iram exasperare, itaque huc potissimum spectabat illa lis, quam Aristophani intendit Cleo, de qua ipse poeta in Acharnensibus v. 502:

Οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.

eodemque pacto etiam magistratuum iniustitiam et protervitatem tetigit poeta, quorsum refertur, quod dicit scholiasta ad hunc locum: *ἐκωμῴδησε γὰρ τάς τε κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς καὶ Κλέωνα παρόντων τῶν ξένων.* Sed de causa illa iam dictum est supra. At viros populares graviter etiam exagitavit poeta, cum Bacchum in iudicium vocatum exhiberet, in quo quidem iudicio, ut conieci, Phormionis potissimum causam egit.

I.

Ὦ Ζεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νεολαίας ὡς καλόν.

Photius p. 295 8: *Νεολαίαν· τὴν νεότητα τετρασυλλάβως οἱ Ἀττικοί. Βαβυλωνίοις· Ὦ Ζεῦ κτλ.* Fortasse hoc versu comoediam exorsus est poeta, quemadmodum in Nubium initio legitur: *Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον.* quem versum comparavit etiam Fritzschius p. 9. Videtur autem aliquis loqui, qui legatos accedere conspicit.

II.

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν· ὡς πολυγράμματος.

Hesychius: *Σαμίων ὁ δῆμος· φησί τις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει* (vulgo: *φησί τι περὶ τῶν Ἀριστοφάνους*) *τοὺς ἐκ τοῦ μυλῶνος ἰδὼν Βαβυλωνίους. Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος. καταπληττόμενος τὴν ὄψιν αὐτῶν καὶ ἐπαπορῶν.* Minus recte haec interpretantur Photius p. 498 15 et Suidas v. *Σαμίων· Σαμίων ὁ δῆμος ὡς πολυγράμματος. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις ἐπισκώπτων τοὺς ἐστιγμένους· οἱ γὰρ Σάμιοι καταπονηθέντες ὑπὸ τῶν τυράν-*

νων, σπάνει τῶν πολιτευομένων ἐπέγραψαν τοῖς δούλοις ἐκ πέντε στατήρων τὴν ἰσοπολιτείαν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ. his adiungunt aliam interpretationem minus etiam probabilem: Ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ' γράμματα, ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι· τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασι ἄρχειν· οἱ δ' Ἀθηναίοις ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. (scribendum videtur: Ἀρχῖνος Ἀθηναῖος) τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ' ἐπὶ Εὐκλέους. περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. Tertiam denique explicationem subinngunt: οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκί, Σάμιοι (δὲ) τῇ Σαμαίνῃ, ὅ ἐστι πλοῖον δίκροτον ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον παρασκευασθὲν τοῦ Σαμίων τυράννου, ὡς Λυσίμαχος ἐν β' Νοστῶν· τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος (scribendum videtur τὸ δὲ κόλασμα Δοῦρις.) οἱ δὲ τὴν Σάμαιναν νόμισμα εἶναι. Sunt autem haec omnia ut videtur ex antiquis Babyloniorum interpretibus petita. Et haec quidem explicatio, quae a belli Samii memoria repetita est, plurimum habet probabilitatis, sequiturque eandem Plutarchus vit. Pericl. c. 26, quamquam is quidem aliquantum a Photii narratione recedit: Οἱ δὲ Σάμιοι τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων ἀνθυβρίζοντες ἔστιζον εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκας· καὶ γὰρ ἐκείνους οἱ Ἀθηναῖοι σάμαιναν. — Πρὸς ταῦτα τὰ στίγματα λέγουσι καὶ τὸ Ἀριστοφάνειον ᾐνίχθαι· Σαμίων ὁ δῆμος κτλ. Namque consentaneum est Athenienses Samiis captis noctuam inurere solitos esse, tanquam suis mancipiis, contra Samios Atheniensibus Samaenam: et sic etiam Aelian. V. H. II 9: Τούς γε μὴν ἁλισκομένους αἰχμαλώτους Σαμίων στίζειν κατὰ τοῦ προσώπου καὶ εἶναι τὸ στίγμα γλαῦκα καὶ τοῦτο Ἀττικὸν ψήφισμα.

III.

Hesychius: Ἰστριανά· Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις τὰ μέτωπα τῶν οἰκετῶν Ἰστριανά φησιν, ἐπεὶ ἐστιγμέ-

νοι εἰσίν· οἱ γὰρ παρὰ τῷ Ἴστρῳ οἰκοῦντες στίζονται καὶ ποικίλαις ἐσθήσεσι χρῶνται. Διονύσιος δέ φησιν, ἐπεὶ πρότερός τις Ἰστριανὸς λέγεται, ὁ λευκός, κατ' ἀντίφρασιν εἰρῆσθαι ὡς καθαρὰ καὶ λευκὰ τὰ μέτωπα, τοὐναντίον δὲ νοεῖσθαι ἐστιγμένα. Haec quoque aliquis de Babyloniis coniectavit, quorum frontes Istrianorum barbarorum hominum speciem referre dixit. Petiit autem illa Hesychius ex scholiis Dionysiusque videtur Zopyrus ille esse, cuius interpretationes etiam alibi proponuntur, vide schol. Avv. 1295. Idem fortasse scripsit μονόβιβλον περὶ τοῦ χαίρειν, vid. schol. Plut. 332.

IV. V. VI.

Photius p. 538 20: Στίγων (vulgo στιγών), ὁ στιγματίας. Βαβυλωνίοις. Eustathius p. 1542 48: Οὕτω δὲ καὶ ὁ γράψας ὅτι στίγων καὶ πέδων δοῦλος ὁ στιγματίας καὶ πεδήτης παρὰ Ἀριστοφάνει, μετ' ὀλίγα λέγει, ὅτι τριπέδων ὁ τρίδουλος. Apparet ex Eustathii loco Aristophanem etiam πέδων et πεδήτης dixisse, sine dubio in hac ipsa fabula: et fortasse haec στίγων καὶ πέδων coniunxit, de priore vocabulo adde Eustath. p. 725 32: στίγων εἴτουν στιγματίας et Hesychius στιγών· μαστιγίας. Atque integrum versum vindicare possumus poetae ex eodem Eustathio p. 911 40: Καὶ ἰτέας δέ τινας ἀσπίδας Αἴλιος Διονύσιος ἱστορεῖ, φέρων καὶ χρῆσιν ἐξ Ἀριστοφάνους ταύτην·

Ἀνὴρ πεδήτης ἰτέαν ἐνημμένος.

iam manifestum est etiam in illo Eustathii loco, quem supra adscripsi, Aelium Dionysium auctorem esse, et fortasse etiam illud τριπέδων Aristophanis est.

VII.

Ἦ που κατὰ στοίχους κεκράξονταί τι βαρβαριστί.

Photius p. 540 2: Στοῖχος· στίχος. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις· Ἦ που κτλ. Hesychius: κατὰ στίχους· κατὰ τάξεις. recte Dindorfius κατὰ στοίχους correxit. Dicit autem haec aliquis, qui exspectat chorum Babyloniorum in

quattuor ordines dispositum (nam huc pertinet illud *κατὰ στοίχους*) barbarum aliquod carmen prolaturum esse.

VIII.

Ἵστασθ᾽ ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας.

Scholiasta Lysistr. 282: *Ἀσπίδας· ὅτι τὰς τάξεις ἀσπίδας ἔλεγον· καὶ αὐτὸς πάλιν Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις· Ἵστασθ᾽ κτλ.* Eadem Suidas v. *ἀσπιδηφόροι*, sed fabulae titulo omisso. Haec quoque de Babyloniis videntur dicta.

IX. X.

Κατάγου ῥοθιάζων.

ναῦς ὅταν ἐκ πιτύλων ῥοθιάζῃ σώφρονι κόσμῳ.

Photius p. 490 19: *Ῥόθιον· τὸ μετὰ ψόφου κῦμα· ἢ ῥεῦμα· σημαίνει καὶ τὴν εἰρεσίαν· καὶ ῥοθιάζειν, τὸ ἐρέσσειν εὐτόνως. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις· κατάγου ῥοθιάζων φησὶν καὶ πάλιν Ναῦς κτλ.* Eadem Suidas v. *ῥοθιάζουσιν*, ubi *ῥοθιάζει* scribitur. Illud vero mirum, quod *ῥοθιάζειν* in versu altero de navi dictum est, non de remigibus: alias semper transitivum est, vid. Hesychius: *Ῥοθιάζειν· ἐλαύνειν ἀπὸ τοῦ ψόφου τῆς εἰρεσίας.* Hermippus in Militt. v. 2: *ἵν᾽ ἐς τὴν ναῦν ἐμπηδήσας ῥοθιάζῃς.* Itaque nescio an hic scribendum sit: *ναῦν ὅταν ἐκ πιτύλων ῥοθιάζῃς.* Ceterum versus non est hexameter, qui parum commodus, sed pars anapaesti tetrametri: dicuntur autem haec ut videtur ab sociis, qui navi in Piraeeum invehuntur, ut vectigalia solvant: similiter etiam Cratinus Ulyssem navi vectum exhibuit, vid. *Ὀδυσσεῖς* Fr. I. II. Cfr. praeterea Aristoph. Ran. v. 185 sq.

XI.

Εὖ γ᾽ ἐξεκολύμβησ᾽ οὑπιβάτης, ὡς ἐξοίσων ἐπίγειον.

Harpocratio: *Ἐπιβάτης — οὕτως ἐκάλουν τῶν ἐν ταῖς τριήρεσι στρατευομένων τοὺς μὴ κωπηλατοῦντας ἀλλὰ μό-*

νον πρὸς τὸ μάχεσθαι ἐπιτηδείους. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις· Εὖ γ' ἐξεκολύμβησεν ἐπιβάτης κτλ. correxit Porsonus Praef. ad Hecub. p. LI. Hic versus pertinet ad eundem locum, ex quo praegressi petiti sunt.

XII.

Hesychius: *Ἐς τὸν λιμένα· εἰς τὸν λιμένα. Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις· παρὰ τὴν παροιμίαν· Ἀττικὸς εἰς λιμένα. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι συντόνως ἤλαυνον καταπλέοντες, διὰ τὸ θεωρεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς γῆς.* Adde Photium p. 22 7: *Ἐς τὸν λιμένα· ὅταν γὰρ ὁρῶνται ἀπὸ τῆς πόλεως, σφοδρότερον ἐρέσσουσιν. ὅθεν παροιμία κατὰ τὸ ἐλλιπές, Ἀττικὸς ἐς τὸν λιμένα. λείπει γὰρ ἰσχυρός.* Cfr. Diogenian. I 66, Zenobius II 10.

XIII.

Antiatticista Bekkeri I p. 80 14: *Ἁλυκόν· ἀντὶ τοῦ ἁλμυρόν. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.* Cfr Aristoph. Lysistr. v. 403 et Anecd. I p. 383 20.

XIV.

Photius p. 288 24: *Ναυλοχεῖν, ναῦς λοχᾶν καὶ ἐνεδρεύειν· — καὶ ναυλόχιον ὁ τοιοῦτος τόπος, ᾧ λιμένες ἔνεισιν· Ναυλόχιον ἐν τῷ μέσῳ, Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.* Pollux IX 28: *Καὶ ὅρμος δὲ καὶ κρηπίς, νεώρια, νεώσοικοι, καὶ ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις, ναυλόχιον.*

XV.

Ἀνέχασκον εἷς ἕκαστος ἐμφερέστατα
ὀπτωμέναις κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων.

Athenaeus III 86 F: *Τὰς δὲ κόγχας ἔστιν εὑρεῖν λεγομένας καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις· Ἀνέχ. κτλ.* Dicuntur haec de populo Atheniensi, qui prae nimia exspectatione tanquam concha hiabat, quo nomine poeta populares etiam in Acharn. v. 133 reprehendit: *Ὑμεῖς δὲ πρεσβεύεσθε καὶ κεχήνετε.* Et in Equitibus

v. 1263 satis acerbe Athenas *Κεχηναίων πόλιν* vocat. Tangit autem poeta hoc loco, ut coniicio, Atheniensium illam levitatem atque credulitatem, qua eloquentium virorum verba accipiebant: nam hoc potissimum vitium haec comoedia perstrinxit, vid. Acharn. v. 634 sqq.

XV.

Ἀνήρ τις ἡμῖν ἐστιν ἐγκινούμενος.

Etymol. M. p. 311 1: *ἐγκινούμενος· Βαβυλωνίοις Ἀριστοφάνης. ῥητορική, ταράττων καὶ ἐμποδίζων.* Quem virum dicat poeta, indagari nequit, Gorgiam certe, quod Suevernius existimat, nequaquam intellexit.

XVI.

Scholiasta Pacis v. 348: *Φορμίων. — αὐτοῦ μέμνηται ὁ κωμικὸς ἐν Ἱππεῦσι καὶ Νεφέλαις καὶ Βαβυλωνίοις, Εὔπολις Ἀστρατεύτοις.* Laudibus in hoc quoque loco videtur Aristophanes Phormionis virtutem extulisse, quorsum etiam spectat aliud scholion ibid.: *πολλάκις δὲ εἴρηται περὶ τούτου ὅτι ἀγαθὸς ἐγένετο στρατηγός· ἐν δὲ τοῖς Ταξιάρχοις φέρεται ὡς ἐπίπονος.* Circa illud ipsum tempus autem maxime illustre fuit Phormionis nomen, quem Acarnanes ducem postulaverant propter spectatam saepe probitatem et fortitudinem, vid. schol. Arist. Pac. 348 et Pausanias I 23 10: *Φορμίωνι γὰρ τοῖς ἐπιεικέσιν Ἀθηναίων ὄντι ὁμοίῳ καὶ ἐς προγόνων δόξαν οὐκ ἀφανεῖ συνέβαινεν ὀφείλειν χρέα· ἀναχωρήσας οὖν ἐς τὸν Παιανιέα δῆμον, ἐνταῦθα εἶχεν δίαιταν, ἐς ὃ ναύαρχον αὐτὸν Ἀθηναίων αἱρουμένων ἐκπλεῦσαι οὐκ ἔφασκεν· ὀφείλειν τε γὰρ καί οἱ πρὶν ἂν ἐκτίσῃ, πρὸς τοὺς στρατιώτας οὐκ εἶναι παρέχεσθαι φρόνημα· οὕτως Ἀθηναῖοι, πάντως γὰρ ἐβούλοντο ἄρχειν Φορμίωνα, τὰ χρέα, ὁπόσοις ὤφειλε, διαλύουσιν.* Accuratius haec exposuit scholiasta Aristophanis, praeclare autem Boeckhius apud Meinek. II p. 527 ostendit, Athenienses, ut Phormionem ab aere alieno, quod populo debuit, liberarent, decrevisse, ut sacrificium publica impensa Baccho offerret, nisi

forte praestat ita corrupta verba corrigere: *ἀπεμίσθωσαν αὐτῷ τῶν ρ' μνῶν βωμὸν τοῦ Διονύσου.* Iam subsidio missus Acarnensibus occubuit Phormio Olymp. LXXXVIII 1, vid. Thucyd. III 8 h. e. anno ante, quam Babylonios docuit Aristophanes. Mortuum eximie honoraverunt Athenienses, nam et statua ei posita est in arce, de qua Pausanias I 23 10: *Τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον* *) *τὸν παγκρατιαστὴν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου γραψάντων ἑτέρων παρίημι.* et sepulcrum ei fuit loco satis honorifico prope fanum *Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως*, vid. Pausan. I 29 3: *Τάφοι δὲ πρῶτον μὲν Θρασυβούλου — ἐπὶ δὲ αὐτῷ Περικλέους τε καὶ Χαβρίου καὶ Φορμίωνος*, denique Delphis titulus, qui Phormionis res gestas praedicabat, ibid. X 10 6: *καί μοι φαίνεται τὸ ἐπίγραμμα ἐς Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου καὶ ἐς τοῦ Φορμίωνος τὰ ἔργα.*

Iam vero possumus coniectura assequi, quo modo Aristophanes Phormionis fecerit mentionem: Eupolis quidem cum in Taxiarchis, quae fabula circa illud tempus docta est, Bacchum exhiberet, qui a Phormione rem militarem disceret, illam ipsam rem, quam Pausanias et scholiasta Pacis illustrant, aperte ante oculos habuit: ac videtur Aristophanes quoque in hac comoedia eodem animum advertisse, et Bacchi personam cum Phormionis memoria coniunxisse: pertinet huc Fr. sequens.

XVII.

Athenaeus XI p. 494 D: *Κἂν τοῖς Βαβυλωνίοις οὖν τοῖς Ἀριστοφάνους ἀκουσόμεθα ποτήριον τὸ ὀξύβαφον, ὅταν ὁ Διόνυσος λέγῃ περὶ τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν, ὡς*

---

*) Temere supra conieci *Autolyci* nomen substituendum esse, namque Hermolycus pancratiasta Atheniensis fuit, qui in proelio ad Mycalen multa egregia edidit facinora, vid. Herodot. IX 105: *Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ μάχῃ Ἑλλήνων ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι καὶ Ἀθηναίων Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθύνου, ἀνὴρ παγκράτιον ἐπασκήσας*, mortuus est postea in bello adversus Carystios prope Geraestum vid. Herod. ibid. At Autolyci statuam in Prytaneo memorat Pausanias I 18 3. IX 32 8.

αὐτὸν ᾔτουν ἐπὶ τὴν δίκην ἀπελθόντα ὀξυβάφω δύο. οὐ γὰρ ἄλλο τι ἡγητίον εἶναι ἢ ὅτι ἐκπώματα ᾔτουν. Bacchum igitur induxit poeta, quem viri populares in ius vocaverant, ab eoque satis impudenter dona flagitabant, nisi capitis damnari vellet: quam imaginem cum repraesentaret poeta, omnibus profecto in memoriam revocavit recentem iniuriam illius iudicii, quo Phormionem virum integerrimum condemnaverant, ut centum solveret minas. namque ipsum Phormionem, praesertim mortuum in scena ab Aristophane repraesentatum fuisse, non facile crediderim. Quinam autem viri populares illi fuerint, qui vexabant Bacchum, facile possumus coniectura assequi: Cleon eiusque socii erant, quorum protervitatem saepissime castigat Aristophanes.

XVIII.

Α. Δεῖ διακοσίων δραχμῶν.
Β. Πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν; Α. Τὸν κότυλον τοῦτον φέρε.

Pollux X 85: *Οἱ κότυλοι ὅτι καὶ ἀργυροῖ ἐγίγνοντο ἱκανὸς μηνῦσαι Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις εἰπών· Δεῖ διακοσίων κτλ.* Fortasse praestat lectio cod. Iungerm. *Πόθεν ἂν γέν.* recte autem Brunckius *γένοιντ'*, vulgo *γένοιτ'*. Adde Athenaeum XI p. 478 C: *Καὶ Πλάτων ἐν Διὶ κακουμένῳ Τὸν κότυλον φέρει φησὶ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις.* Sine iusta causa Fritzschius voluit ea quae apud Athenaeum Platoni tribuuntur, Aristophani vindicare. Videtur autem hoc quoque fragmentum ad Bacchi causam pertinere, qui cum postulat nescio quis ducentas drachmas, poculum oppignerat.

XIX. XX.

Πόσους ἔχει στρωτῆρας ἀνδρῶν οὑτοσί;
Ὡς εὖ καλυμματίοις τὸν οἶκον ἤρεφεν.

Pollux X 173: *Ἀλλὰ μὴν τῷ στεγαστῆρι ὀρόφῳ προσήκοιεν ἂν καὶ οἱ στρωτῆρες καὶ τὰ καλυμμάτια, ἄμφω δὲ ἐν Ἀριστοφάνους Βαβυλωνίοις· Πόσους κτλ. καὶ αὖ πά-*

λιν· Ὡς οὐ καλ. κτλ. Priorem versum respexit Harpocratio et Suidas: Στρωτὴρ — τὰ ἐπάνω τῶν δουροδόκων τιθέμενα στρωτῆρας ἔλεγον, ὥς φησι Δίδυμος· ἔστι τοὔνομα καὶ ἐν Βαβυλωνίοις Ἀριστοφάνους. alterum Photius p. 128 15: Καλύμματα (Fritzschius recte Καλυμμάτια) ὃ τινὲς φατνώματα· οὕτως Ἀριστοφάνης. Vs. 1 legebatur ἀνδρῶν, quod correxit Dindorfius. Vs. 2 leg. οὐ, quod correxi; laudat aliquis elegantiam lacunaris, quemadmodum praecipit homo elegans Bdelycleo patri in Vespis v. 1213: Ἔπειτ' ἐπαίνεσόν τι τῶν χαλκωμάτων· Ὀροφὴν θέασαι, κρεκάδι' αὐλῆς θαύμασον. Fortasse haec pertinent ad legatos, quos comiter excipiebant, vid. Acharn. 124 sqq.

XXI.

Μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμόν.

Scholiasta Lysistrat. 288 et Suidas v. σιμός· τὸ σιμὸν ἀντὶ τοῦ πρόσαντες· καὶ ἐν Βαβυλωνίοις· Μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμὸν καὶ πλατὺ ἐν Νίκαις κτλ. recte Elmsleius ad Acharn. v. 877 καὶ Πλάτων ἐν Νίκαις restituit. Respiciunt Photius 512 8 et Gramm. Bachmanni I p. 364 22: Σιμὸν ἄναντες· οὕτως Ἀριστοφάνης. Turpem esse sententiam docet Fritzschius p. 26.

XXII.

Priscianus XVIII vol. II p. 202 ed. Krehl.: „Aristophanes in Babyloniis:

Ἐννεύει με φεύγειν οἴκαδε.

Nos quoque similiter, *annuit me fugere domum.*"

XXIII.

Pollux X 38: Εἴποις δ' ἂν οἶμαι καὶ χνοῦν — ἐπὶ τῶν μαλακῶν, Ἀριστοφάνους εἰπόντος μὲν ἐν Βαβυλωνίοις·

Εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν.

Satis audacter Rankius et Fritzschius haec verba ad Eucratem referunt, omninoque existimant graviter illum in hac

fabula vexatum esse, quod probari non potest. Dixerat poeta, ut opinor, *ὄνος εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν*, quod tritum fuit vulgi ore proverbium. Philemon apud Athen. II p. 52 E: *Ὄνος βαδίζεις εἰς ἄχυρα τραγημάτων* Ipse Aristoph. Vespis v. 1309: *Ἔοικας ὦ πρεσβῦτα νεοπλούτῳ τρυγί, Κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι.* ubi schol. *παρὰ τὴν παροιμίαν· Ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα.* Phrynichus Bekkeri I p. 7 22: *Ἀττικὸν δὲ λίαν ὁ ἀχυρός· καὶ ἡ παροιμία· οἶνος εἰς ἀχυρὸν* leg. *ὄνος.* Ceterum huc respicit Grammaticus Bachmanni I p. 418 24: *χνοῦν· τὸ λεπτὸν τοῦ ἀχύρου· Ἀριστοφάνης· Εὐριπίδης θηλυκῶς τὴν χνοῦν.*

XXIV.

Scholiasta Platonis p. 381 ed. Bekker: *Τὴν αὑτοῦ σκιὰν δέδοικεν. ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλοτάτων· μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.* Cfr. Apostol. XVIII 53.

XXV.

Zenobius Proverb. II 22: *Ἀνθ' Ἑρμιόνος· εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν σωζόντων τοὺς ἱκέτας, ἐπειδὴ ἐν Ἑρμιόνῃ τῆς Πελοποννήσου ἱερὸν ἦν κόρης καὶ Δήμητρος ἀσφάλειαν παρέχον τοῖς καταφεύγουσι. μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις.* Legebatur *ἀνθ' Ἑρμίωνος*, quod Fritzschius quoque correxit, nisi malis *Ἑρμιόνης*. De templo illo vid. Pausanias II 34 6 sq. Grammat. Bekkeri I p. 256 15. Photius p. 16 5.

XXVI.

Ἢ δῶρ' αἰτῶν ἀρχὴν πολέμου μετὰ Πεισάνδρου πορίσειεν.

Scholiasta Avium v. 1555: *Πείσανδρος — καὶ δωροδοκῆσαί φησιν αὐτὸν Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις διὰ τούτων· Ἢ δῶρ' αἰτοῦντες ἀρχὴν πολέμου πορίσειεν μετὰ Πεισάνδρου.* quae alii aliter tentaverunt: equidem paullo audacius immutavi, sed consentaneum est, integrum versum fuisse, isque haud dubie fuit ex parabasi petitus, ut hic locus accesserit ad similitudinem Ran. v. 354 sq. Respicit huc scho-

liasta Lysistr. 491: *Πείσανδρος — κωμῳδοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ ὡς δωροδόκον, ὡς ἐν Βαβυλωνίοις Ἀριστοφάνης.* De Pisandro vid. Meineke I p. 176.

XXVII.

Ἢ βοιδαρίων τις ἀπέκτεινε ζεῦγος χολίκων ἐπιθυμῶν.

Ammonius p. 149: *Χόλικες· αἱ τῶν βοῶν κοιλίαι. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις Ἢ βοιδ. κτλ.* Eadem Gramm. in append. Etymol. Gud. p. 640 44 et Gramm. Bachmanni II p. 381 10 exhibent, nisi quod *ζεῦγος* omittunt. Hic quoque versus ad parabasin videtur pertinere.

XXVIII. XXIX.

Pollux IV 186: *Τοὺς δὲ ἀεὶ ῥιγοῦντας οἱ παλαιοὶ ῥιγεσιβίους* (codd. *ῥιγωσιβίους*) *ἔλεγον, οὓς οἱ νῦν δυσρίγους. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Βαβυλωνίοις δύσριγος εἴρηκε.* *δύσριγος* Atticis abiudicat Phrynichus p. 418 ed. Lobeck. itaque Fritzschius p. 10 contendit Aristophanem *ῥιγοσιβίους* dixisse, comparans Phrynichum Bekkeri I p. 61 29. — Idem X 152: *Καὶ πόδα δὲ βαλαντίου ὁ αὐτὸς εἴρηκεν ἐν Βαβυλωνίοις.* *βαλαντίου* hoc loco, ut videtur, codd. omnes exhibent.

XXX.

Aristoteles Rhetor. III 2 15: *Ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν· ὥσπερ καὶ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις ἀντὶ μὲν χρυσίου χρυσιδάριον, ἀντὶ δ' ἱματίου ἱματιδάριον, ἀντὶ δὲ λοιδορίας λοιδορημάτιον καὶ νοσημάτιον. εὐλαβεῖσθαι δὲ δεῖ καὶ παρατηρεῖν ἐν ἀμφοῖν τὸ μέτριον.* Pro *νοσημάτιον* Fritzschius restitui vult *νοημάτιον*, idem huc refert *βιβλιδάριον*, quod ex Aristophane Pollux VII 210 adscripsit. Usurpasse autem videtur poeta istas verborum formas, ut Gorgiam et qui eius in dicendo artem sectarentur, rideret, quemadmodum etiam in Acharnensibus saepissime ista ornamenta orationis vituperat.

XXXI.

Etymol. M. p. 414 14: *Ζώτειον· προπαροξυτόνως ὁ μυλών — οἱ δὲ τόπου ὄνομα, ὅπου ἐκολάζοντο οἱ οἰκέται. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις ζώστειον, ὡς Ὧρος ὁ Μιλήσιος εἴρηκεν.* Admodum variant formae huius vocabuli, ut *ζώντειον, ζώντρειον, ζήτρειον*, al. vid. Hesychius, Pollux III 78. VII 19.

XXXII.

Moeris p. 119: *Θωμὸν Ἀττικῶς. ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.*

XXXIII.

Stephanus Byz. *Λακεδαίμων. — καὶ λακωνίζω καὶ λακωνιστής, λέγεται καὶ λακεδαιμονιάζω, ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.*

XXXIV.

Photius p. 347 27: *Ὁρκωμοτεῖν. τὸ ὀμνύναι Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.*

XXXV.

Antiatticista Bekkeri p. 116 32: *Ὠτοκάταξιν· τὸν συντετριμμένον τὸ οὖς. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.*

XXXVI.

Argumentum Pacis: *Κράτης μέντοι δύο οἶδε δράματα γράφων οὕτως· Ἀλλ' οὖν γε ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν ἢ Βαβυλωνίοις ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ.* At quid Crates significaverit, non adiecit ille grammaticus.

Γ Ε Ω Ρ Γ Ο Ι.

Recte Suevernius in commentat. de *Senectute* p. 29 statuit huius comoediae propositum consiliumque proxime ad Pacis similitudinem accedere, namque poeta ut pacis bona

commendaret civibus, exhibuit Agricolas. Agricolae enim Attici continuis Lacedaemoniorum incursionibus graviter vexati, ut tandem aliquando a belli calamitatibus liberarentur, optabant: id quod Aristophanes plurimis locis indicat: hi autem, quoniam plerumque procul ab urbe vitam degebant, operi rustico intenti, minus novitiae disciplinae tabe infecti, antiquam morum integritatem servabant, itaque eo nomine saepius laudantur a comicis poetis. Sed Euripides quoque in Oreste v. 920 dixit: *Ἄλλος δ᾽ ἀναστὰς ἔλεγε τῷδ᾽ ἐναντία, Μορφῇ μὲν οὐκ εὐωπός, ἀνδρεῖος δ᾽ ἀνήρ, Ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον, Αὐτουργός, οἵπερ καὶ μόνοι σῴζουσι γῆν, Ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων Ἀκέραιος, ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον.* Et agricolas potissimum dicit idem poeta in Supplicibus: nam ubi v. 231 iuvenes honoris bellique cupidos detestatus erat: *Βίᾳ παρελθὼν θεοὺς ἀπώλεσας πόλιν, Νέοις ταραχθείς, οἵ τινες τιμώμενοι Χαίρουσι, πολέμους τ᾽ αὐξάνουσ᾽ ἄνευ δίκης, Φθείροντες ἀστούς, ὁ μὲν ὅπως στρατηλατῇ, Ὁ δ᾽ ὡς ὑβρίζῃ δύναμιν ἐς χεῖρας λαβών, Ἄλλος δὲ κέρδους οὕνεκ᾽, οὐκ ἀποσκοπῶν Τὸ πλῆθος εἴ τι βλάπτεται πάσχον τάδε,* deinde pergit: *Τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι Ἀνωφελεῖς τε πλειόνων ἐρῶσ᾽ ἀεί· Οἱ δ᾽ οὐκ ἔχοντες καὶ σπανίζοντες βίου Δεινοί, νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος Ἐς τοὺς ἔχοντας κέντρ᾽ ἀφιᾶσιν κακά, Γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι, Τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ ᾽ν μέσῳ σῴζει πόλεις, Κόσμον φυλάσσουσ᾽ ὅντιν᾽ ἂν τάξῃ πόλις.* Iam poeta videtur similiter rem instituisse atque in Acharnensibus, ut agricolae belli continuis laboribus defessi tandem ipsi inducias facerent cum hostibus, et pace restituta laetitiae indulgerent, id quod reliquiae confirmant. De tempore autem, quo fabula docta esse videatur, diu dubius haesitavi, nunc vero omnino contendo scriptam esse non ita multo post expeditionem ad Sphacteriam. Namque Fr. I Niciae cunctabundus animus ridetur ita a poeta, ut illum insigne aliquod verecundiae documentum edidisse necesse sit: atque de Sicula quidem expeditione cogites cave, nam aliae pror-

sus similes comoediae in illud cadunt tempus, itaque potius referenda est fabula ad illud tempus, quo Nicias Cleoni imperium cessit isque Sphacteriam expugnavit. Iam vero Isarcho praetore quoniam Aristophanes duas docuit fabulas, *Holcades* et *Nubes I*, item Aminia praetore *Vespas* et *Proagonem*, (nunquam enim tres vel etiam plures fabulas uno anno Aristophanem docuisse censeo) neque vero nimis multo post illam expugnationem doceri potuit haec comoedia, refero Agricolas ad Olymp. LXXXVIII 4, quo anno Stratocles praetor fuit Aristophanesque Equites Lenaeis docuit: itaque Agricolae docti sunt magnis Dionysiis in urbe.

I.

Α. Ἐθέλω γεωργεῖν. εἶτα τίς με κωλύει;
Β. ἡμεῖς. *Α.* ἐπεὶ δίδωμι χιλίας δραχμάς,
ἐάν με τῶν ἀρχῶν ἀφῆτε; *Β.* δεχόμεθα·
δισχίλιαι γάρ εἰσι σὺν ταῖς Νικίου.

Plutarchus vit. Niciae c. 8: *Καὶ τοῦτο τῷ Νικίᾳ μεγάλην ἤνεγκεν ἀδοξίαν· οὐ γὰρ ἀσπίδος ῥῖψις, ἀλλ' αἴσχιόν τι καὶ χεῖρον ἐδόκει τῇ δειλίᾳ τὴν στρατηγίαν ἀποβαλεῖν ἑκουσίως καὶ προέσθαι τῷ ἐχθρῷ τηλικούτου κατορθώματος ἀφορμήν, αὐτὸν ἀποχειροτονήσαντα τῆς ἀρχῆς. σκώπτει δ' αὐτὸν εἰς ταῦτα πάλιν Ἀριστοφάνης ἐν μὲν Ὄρνισιν οὕτω πως λέγων — ἐν δὲ Γεωργοῖς ταῦτα γράφων· Α. Ἐθέλω γεωργεῖν. Β. εἶτα τις σε κωλύει. Α. Ὑμεῖς· ἐπεὶ δίδωμι κτλ.* Sic vulgo scribunt et dividunt illa, at certe scribendum esset: *Β. εἶτα τίς σε κωλύει. Α. Ὑμεῖς; ἐπεὶ κτλ.* ut haec esset sententia: *At aliquis hoc vetat. An vos?* Sed impedita haec est ratio, itaque *μὲ* et *ἡμεῖς* scripsi aliterque verba distribui. Flagitat enim agricola, ut munus sibi impositum abrogent seque a belli laboribus procul removeant, quin etiam mille drachmas lubenter se solvere profitetur, id si fiat. Ceterum difficile dictu est, quorsum pertineat illa pecunia. Et Carol. quidem Hermannus de pers. Nic. p. 8 recte videtur negasse, haec de multa aliqua in-

telligenda esse; equidem puto agricolam illam, cum lochagus electus vel alio quodam munere militari functurus esset, illud detrectare, et muneribus imperatores tentare, qui quidem facile corrumpi se patiebantur, quo nomine etiam in Pace notantur v. 1180: *Τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ' ἄνω τε καὶ κάτω Ἐξαλείφοντες δὶς ἢ τρίς, αὔριον δ' ἔσθ' ἡ 'ξοδος· Τῷ δὲ σιτί' οὐκ ἐώνητ'· οὐ γὰρ ᾔδειν ἐξιών. Εἶτα προστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα τὸν Πανδίονος Εἶδεν αὐτόν, κἀπορῶν θεῖ τῷ κακῷ βλέπων ὀπόν. Ταῦτα δ' ἡμᾶς τοὺς ἀγροίκους δρῶσι, τοὺς δ' ἐκ ἄστεως Ἧττον, οἱ θεοῖσιν οὗτοι κἀνδράσιν ῥιψάσπιδες.* Cfr. Equitt. v. 1369 sq. Quod autem Nicias idem dicitur fecisse, quod hic agricola, id puto poetam, ut subtimidum et verecundantem Niciae animum notaret, finxisse: at nullo tamen alio tempore magis in istam reprehensionem incurrit, quam cum Cleo Sphacteriam expugnasset.

II.

Συκᾶς φυτεύω πάντα πλὴν Λακωνικῆς.
τοῦτο γὰρ τὸ σῦκον ἐχθρόν ἐστι καὶ τυραννικόν.
οὐ γὰρ ἦν ἂν μικρόν, εἰ μὴ μισόδημον ἦν σφόδρα.

Athenaeus III p. 75 A: *Λακωνικοῦ δὲ σύκου μνημονεύει ἐν Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης ταδὶ λέγων· Συκᾶς κτλ.* Agricola ille, homo iustus et antiquae fidei haec loquitur, qui etsi belli molestias detrectat et tumultus auctores detestatur, tamen Lacedaemonios, quippe qui populi libertati parum faverent, odit, quemadmodum Dicaeopolis in Acharn. 509: *Ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα Καὐτοῖς ὁ Ποσειδῶν οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς Σείσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας κτλ.*

III.

Athenaeus XIV p. 650 E: *Τῶν γὰρ ἀπυρήνων* (*ῥοῶν*) *Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει.*

IV.

Harpocratio *Κωδία· τὴν τῆς μήκωνος κεφαλὴν οὕτω καλοῦσιν· Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς. Ἀγαθήν γε κωδίαν.*

V. VI.

Etymol. M. p. 326 20: *Ἐλαΐζειν. τὰς ἐλαίας ἐργάζεσθαι. Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης.* — Ibid. p. 635 38: *Ὄρχατος — καὶ Ἀριστοφάνης τὸ μεταξὺ τῶν φυτῶν μετόρχιον ἐκάλεσεν ἐν τοῖς Γεωργοῖς.* Scholiasta Theocrit. I 48: *καὶ Ἀριστοφάνης τὸ μεταξὺ τῶν φυτῶν μετόρχμιον ἐκάλεσεν ἐν τοῖς Γεωργοῖς.* at prior forma probanda, vid. Pac. 572. Pollux VII 145.

VII.

Τί δῆτα τούτων τῶν κακῶν, ὦ παῖ, γλίχει;

Etymol. M. p. 234 35: *Γλιχόμενος· καρτερῶν ἢ ἐπιθυμῶν. Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς· Τί κτλ.* Haec pater senex filio belli gerendi cupido novarumque rerum studioso dicit: namque videtur poeta suo more, ut claram aliquam imaginem exhiberet, patri adiunxisse filium, qui alienum prorsus gereret animum.

VIII.

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοεικόν,
εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο
σκάψαι κἀποκλάσαι τε καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι
τῆς τρυγὸς ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον φέροντι.

Stobaeus LV 2 vol. II p. 401 ed. Gaisf.: *Ἀριστοφάνους Γεωργῶν· Εἰρήνη κτλ.* Arsenius *Ἀριστοφάνους νήσων*, ex solo errore, ut videtur. Vs. 1 *βοεικὸν* Dindorfius scripsit, vulgo *βοϊκόν*, idem vero reliqua male interpolavit *εἰ Γάρ ποτ᾽ ἐμοί*, quod ferri nequit, versus sunt catalectici, neque illud potest offensioni esse, quod tertio loco acatalecticus infertur, quamquam ibi facili negotio restituas eundem numerum, si scribas: *διέλξαι.* — Vs. 3 *σκάψαντ᾽* cod. A *σκάψαιτ᾽* cod. Vossianus et Arsenius. *κἀποκλάσαι* Dindorfius, vulgo *ἀποκλάσαι*, referendum autem est ad vitis amputationem. *τὲ* adiecit Brunckius. — Vs. 4 *φέροντι* cor-

ruptum videtur. Est autem hoc carmen agricolarum, qui pacis bona laudant utque sibi obtingant optant, ad Euripidis similitudinem compositum, apud quem in Cresphonte Fragm. XV ita canit chorus:

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ καλλίστα μακάρων θεῶν
ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις.

ita enim versus disponendi sunt, et ad eandem normam antistropha:

Τὰν δ' ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων τὰν μαινομέναν τ' ἔριν
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ.

finitur enim stropha hoc versu:

Ἴθι μοι πότνια πάλιν.

Vulgo versuum ratio prorsus oblitterata est; legitur enim: *ἴθι μοι πότνια πόλιν τάνδε.*

IX.

Α. Ὅ του δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει;
Β. Ἐμοὶ μὲν αἴνειν μολγόν· οὐκ ἀκήκοας;

Scholiasta Equitt. v. 959: *Μολγὸν γενέσθαι] Σύμμαχος· ἔοικε χρησμός τις εἶναι· ἐν γὰρ τοῖς Γεωργοῖς οὕτως ἔχει. Ὅ τῳ δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει, ἐμοὶ μὲν ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι οὐκ ἀκήκοας.* Locum impeditum non restituerunt homines docti, nisi quod Brunkius *ὅτου* recte scripsit. Apparet autem ex Equitum versibus oraculum hoc quoque loco, ubi duo de reipublicae salute consultant, respici: *ΚΛ. Μὴ δῆτά πώ γ', ὦ δέσποτ', ἀναβολῶ, σ' ἐγώ, Πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν. ΑΛΛ. Καὶ τῶν ἐμῶν νῦν. ΚΛ. Ἀλλ' ἐὰν τούτῳ πίθῃ Μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε.* manifestum autem est *μολγὸν* in utroque loco nihil aliud significare, quam *ἀσκόν*, ita ut ceterae explicationes, quas grammatici commenti sunt, prorsus sint reiiciendae: atque eodem modo usurpatum fuisse in oraculo illo, quod Aristophanes utroque loco significat, ostendit Pollux X 187: *Οὐδὲν κωλύει καὶ μολγὸν εἰπεῖν, ὅς ἐστι κατὰ τὴν τῶν Ταραντίνων γλῶτταν βόειος ἀσκὸς — καὶ Ἀριστοφά-*

νης δὲ χρησμόν τινα παίζει· Μή μοι Ἀθηναίους αἴνειν, τοὶ μολγοὶ ἔσονται. τὸ ἄπληστον αὐτῶν ὑπαινιττόμενος. Referunt hunc quoque versum ad Agricolas *) parum recte: ex alio loco eum petitum esse, arguit vel numerorum diversitas: fuit enim in eiusmodi loco, qualis est in Pace v. 1063—1114; ac si continuo hos iambos excepisset ille hexameter, profecto eo potius usus esset Symmachus, quippe quo multo melius illam interpretationem confirmaturus fuisset: apparet igitur versum et ex alia quadam fabula petitum esse et Symmacho prorsus ignotum: ostendetur autem infra, eum ad *Pacem alteram* pertinere. At arguit tamen ille versus, quomodo hic locus emendandus sit, namque scribendum pro *ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι*, *αἴνειν μολγόν*, h. e. *δεῖν τὴν πόλιν αἴνειν μολγόν*, quod nihil aliud significat, quam oportere civitatem Atheniensium extrema perpeti mala, nam *αἴνειν μολγὸν* idem est, quod alias *ἀσκὸν δέρειν* dicitur, ut est apud Solonem Fragm. 26: *Ἤθελον γάρ κεν κρατήσας — Ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι κἀπιτετρίφθαι γένος.* De verbo *αἴνειν* dicitur infra.

X.

Εἶτ' ἄρτον ὀπτῶν τυγχάνει τις ὀβελίαν.

Athenaeus III p. 111 B: *Ὁ δὲ ὀβελίας ἄρτος κέκληται ἤτοι ὅτι ὀβολοῦ πιπράσκεται, ὡς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὠπτᾶτο. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς· Εἶτ' κτλ.* Fortasse praestat *εἶτ' ἄρτον.*

XI.

Ὥσπερ κυλικείου τοὐθόνιον προπέπταται.

Athenaeus XI p. 460 D: *τὸ κυλικεῖον τοδί· εἴρηται γὰρ οὕτως ἡ τῶν ποτηρίων σκευοθήκη παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Γεωργοῖς· Ὥσπερ κτλ.*

---

*) Ita censet etiam O. Schneider de vett. in Arist. schol. Fontt. p. 58, qui satis audacter corrigi vult: *ἔοικε χρησμός τις εἶναι· ὡς καὶ ἐν τούτοις· Ὅτου — ἀκήκοας. καὶ γὰρ ἐν τοῖς Γεωργοῖς οὕτως ἔχει· Μή μοι Ἀθηναίους κτλ.*

XII.

Εἴ γ' ἐγκιλικίσαιμ', ἐξολοίμην, φαθὶ λέγων.

Priscianus XVIII vol. II p. 269 ed. Krehl: „*Φαίη λέγων. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς· Εἴ γε κυλικίας αἷμα ἐξολοίμην φαίη λέγων.* Inveniuntur et nostri abundantia utentes, ut *loquere dicens*, et *stude properans*, et similia." Codex Monac. *ΦΑΟΙ ΛΕΓωΝ ΑΡΕτοΦΑΝΝΣ ΓΕωpIsei rekia ΜΑΕΞΟΛΟΙΜΕΝ ΦΑΕΙΑΤΟΝ*. quae correxi. *ἐγκιλικίζειν* similiter dixit Pherecrates Fr. Inc. XLII: *Ἀεί ποθ' ἡμῖν ἐγκιλικίζουσ' οἱ θεοί.* Hoc autem loco videtur aliquis alteri verba praeire in iure iurando: nisi forte sic distinguenda sunt: *Α. Εἴ γ' ἐγκιλικίσαιμ' — Β. Ἐξολ. φ. λ.* Cum altero illo, quod Priscianus dicit, *stude properans*, compares Sophocl. Aiac. v. 1164 *ταχύνας σπεῦσον*

XIII. XIV.

Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς Ἀττική,
χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, οὖθαρ ἀγαθῆς χθονός.
Ἐν ἀγορᾷ δ' αὖ πλάτανον εὖ διαφυτεύσομεν.

Hephaestio p. 73: *Ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Γεωργῶν Ὦ πόλι — χθονός. — ἐν δὲ τοῖς Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης ἐποίησε τὸν τέταρτον παίωνα ἀντὶ τοῦ πρώτου· Ἐν ἀγορᾷ δ' κτλ.* Vs. 1 respicit Marcus Antoninus IV 23: *Ἐκεῖνος μέν φησι, Πόλι φίλη Κέκροπος, σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς, ὦ πόλι φίλη Διός.* Dicit haec chorus agricolarum, qui liberati a belli malis (inducias enim vel pacem cum hostibus pepigisse videntur) laetitia efferuntur et forum quoque, cum tandem aliquando otio et tranquillitate frui liceat, platanis conserere cupiunt.

XV.

Ἐξ ἄστεως νῦν εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν· ὡς πάλαι δεῖ
ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ λελουμένους σχολάζειν.

Pollux IX 69: *Χαλκίον — ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Γεωργοῖς σαφῶς ἐπὶ λουτροῦ εἰρημένον· Ἐξ ἄστεως — πάλαι*

δι' ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκῷ ἐλλουσάμενον κολάζειν. Praeclare emendavit Porsonus Praef. ad Hecub. p. XL 1. Dicit haec chorus in fine fabulae, cum pace restituta urbe rus redire parat.

XVI.

Λάχητας, Μεγακλέας καὶ Λαμάχους.

Suidas *Ἀτρέα καὶ καθόλου τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ευς συμφώνῳ παραληγομένων αἰτιατικὰς μηκύνουσι, τὰς δὲ καθαρὰς τοῦ ευς συναιροῦσι Χοᾶ καὶ Μηλιᾶ καὶ Σούνιᾶ. Ἴωνες δὲ συστέλλουσι τὰς προτέρας Ἀτρέα καὶ Πηλέα βραχέως λέγοντες. Διὸ καὶ παρὰ τοῖς τραγικοῖς οὐκ ἀναγκαῖον ἐκτείνειν, εἰ μὴ μέτρον ἀναγκάζει. Καὶ τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης ὁμοίως. τὸ γὰρ συστέλλειν Ἰακόν· Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς. καχέτας καὶ μεγακλέας καὶ μαλακούς.* Hoc Aristophanis exemplum primus ex codd. edidit Gaisfordius: quod si conveniret praecepto grammatici, certe *Μεγακλέα* scribendum esset, at videtur ille parum considerate hunc versum adhibuisse, aut etiam plura praeterea apud Suidam interciderunt, itaque nolim numerum pluralem immutare: et hoc quidem apertum est praeter Megaclis nomen duo alia delitescere, quamquam ut haec quoque eandem normam sequantur minime opus est: et *μαλακοὺς* quidem corruptum est ex *Lamachi* nomine, in illo autem *καχέτας* *Lachetis* videtur memoria oblitterata esse: ita ut hoc loco poeta tres viros fortes bellique studiosos commemoraverit. Et Laches quidem, Melanopi filius, statim sub exordium belli Peloponnesiaci excelluit, cuius fortitudinem vel Platonis ille sermo testatur. Lamachi autem virtutem ipse Aristophanes satis superque illustrat, ut de his quidem duobus nihil disserendum sit: at de Megacle pauca quaedam dicenda sunt, quem quoniam poeta cum Lamacho et cum Lachete coniunxit, et ipsum belli studiosum fuisse consentaneum est: et Lamacho quidem eundem adiungit socium in Acharnensibus v. 612: *Τί δαὶ Δράκυλλος κεὐφορίδης καὶ Πρινίδης; Εἶδέν τις* (ita lego, vulgo *οἶδεν*) *ὑμῶν τἀκβάταν' ἢ τοὺς Χαόνας; Οὔ*

φασιν, ἀλλ' ὁ Κοισύρας καὶ Λάμαχος, Οἷς ὑπ' ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρώην ποτέ, Ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας Ἅπαντες ἐξίστω παρῄνουν οἱ φίλοι, ubi scholiasta: *ὁ Κοισύρας· ὁ Μεγακλῆς. Κοισύρα δὲ ἐγένετο Ἀθήνῃσιν εὐγενὴς γυνὴ καὶ πλουσία μήτηρ τοῦ Μεγακλέους, ὃς καταβεβρωκὼς τὴν οὐσίαν καὶ ὕστερον πεπλουτηκὼς ἐκ τοῦ τὰ κοινὰ πράσσειν λέγεται.* Cognoscimus inde tunc Megaclem, ex nobilissima Alcmaeonidarum stirpe oriundum, aere alieno olim obrutum post rebus publicis administrandis magnas divitias sibi comparasse, eundemque conieci supra una cum Morycho ad regem Persarum legatum esse ab Atheniensibus: eundem hunc Megaclem dicit Leucon in *Φράτερσιν* Fr. I. *Ἀτάρ, ὦ Μεγάκλεες, οἶσθά που, Παάπιδος Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν;* Sed de patre eius et matre dicam alibi, nam Alcmaeonidarum stirps impeditior est, quam ut hoc loco exponi possit.

XVII.

Suidas: *Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν· οὗτοι δ' ὡς ὑώδεις τινὲς καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμῳδοῦντο· καὶ τάχ' ἂν ἦσαν προκέφαλοί τινες, ὡς ἐν Γεωργοῖς φησὶ καὶ ἐν Τριφάλητι.* De Hippocratis filiis vid. Commentat. p. 350.

XVIII.

Scholiasta Avium v. 1698: *Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι. ὁ Φίλιππος καὶ ὁ Γοργίας οὗτοι ῥήτορες λάλοι εἰσίν· — τοῦ δὲ Φιλίππου καὶ ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει Ἀριστοφάνης.* ita cod. Leid., in Rav. legitur *Ἀριστοκλῆς.* Philippum oratorem, qui dicendi facultate abuteretur ad calumniandum, eundemque peregrinum hominem fuisse arguit Avium ille locus: *Ἔστι δ' ἐν* (scr. *δὴ 'ν*) *Φαναῖσι πρὸς τῇ Κλεψύδρᾳ πανοῦργον ἐγγλωττογαστόρων γένος, Οἳ θερίζουσίν τε καὶ σπείρουσι καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι συκάζουσί τε. Βάρβαροι δ' εἰσὶν γένος, Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι, Κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστόρων ἐκείνων τῶν Φιλίππων κτλ.* Videtur autem hic Philippus ex Gorgiae disciplina profectus esse,

siquidem in Vespis v. 423 dicit: *Οἷς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον ἐν δίκῃ τὸν Γοργίου*, quod eodem modo dictum est atque in Acharnens. v. 1170 *Λάμαχον τὸν Γοργάσου.*

XIX.

Scholiasta Platonis p. 330 ed. Bekker: *Μέλητος φαῦλος τραγῳδίας ποιητὴς — ἐν δὲ Γεωργοῖς ὡς Καλλίαν περαίνοντος αὐτοῦ μέμνηται ('Αριστοφάνης).* Meletus, qui extremis belli Peloponnesiaci annis tragoedias scripsit, quique Socratis exstitit accusator, aetate minor profecto fuisse videtur quam Callias, itaque parum probabile est Aristophanem in Agricolis ei opprobrio vertisse, quod Callia abuteretur; scribendum potius puto: *ὡς Καλλίου περαίνοντος αὐτόν*; notae enim sunt Calliae insanae libidines: neque vero abhorret a veri similitudine postea Meletum adultum in eodem crimine fuisse, siquidem Aristophanes in Pelargis (vid. schol. Platonis ibid.) eum Laii filium vocavit, quod Meinekius recte ad puerorum amorem videtur rettulisse.

XX. XXI.

Pollux VII 201: *Πορνεύτριαν ἐν τοῖς Γεωργοῖς 'Αριστοφάνης ἔφη.* fabulae nomen omissum in cod. Iungermanni. — Idem X 69: *Τραπεζοφόρον — εὗρον — ἐν τοῖς 'Αριστοφάνους Γεωργοῖς — ἐπὶ τοῦ τὴν τράπεζαν φέροντος, ᾗ ἐπῆσαν τοῖς ἄρχουσιν αἱ μυρρίναι.*

XXII.

Harpocratio: *Σηράγγιον — χωρίον τι τοῦ Πειραιῶς οὕτως ἐκαλεῖτο· μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ 'Αριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς.* Alibi *Σηράγγειον* scribitur, ut est apud Photium p. 509 28. 510 1.

XXIII.

Photius p. 543 8: *Στρεψαίους· 'Αριστοφάνης Γεωργοῖς.* Praecessit: *Στρέψα· πόλις τῆς Θρᾴκης· καὶ οἱ πολῖται Στρεψαῖοι.* At vero nescio an huc pertineat quod legitur in Crameri Anecd. II p. 53 4: *Στρεψαῖος ὁ 'Ερμῆς, παρὰ τῷ 'Αριστοφάνει παρὰ τὸ διεστράφθαι τὰς ὄψεις.*

XXIV.

Scholiasta Platonis p. 369 ed. Bekker: *Καλὰ δὴ πάντ' ἄγεις· ἀντὶ τοῦ ἀγγέλλεις· ἐπὶ τῶν αἴσια ἀναγγελλόντων· πολλάκις δὲ λέγεται καὶ κατ' εἰρωνείαν. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς.* Apud ipsum vero Platonem in Euthydemo p. 293 D: *καλὰ δὴ πάντα λέγεις* legitur, at Aristophanes certe *καλὰ δὴ παταγεῖς* dixisse videtur, vid. Hesychius: *καλὰ δὴ παταγεῖς· καλὰ λαλεῖς* et Photius p. 126 11: *καλὰ δὴ παταγεῖς· ἀντὶ τοῦ λέγεις.*

XXV.

Zenobius II 27: *Αὐτῷ μελητέον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν οἶκον. μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς καὶ Πλάτων ὁ κωμικός, ἦν δὲ οὗτος ὁ οἶκος μέγας εἰς ὑποδοχὴν μισθουμένων.* Scribendum est *αὐτῷ Μελιτέων*, *cum ipsis Melitensium aedibus* deinde corrige *ἐκλείπει τῷ οἴκῳ — ἦν δὲ οὗτος ὁ οἶκος μέγας εἰς ὑποδοχὴν τραγῳδῶν μισθούμενος.* Paulo aliter Fritzschius, qui *αὐτομελιτέων· ἐλλείπει τὸν οἶκον* legit. Conferas Hesychium et Photium p. 256 12: *Μελιτέων οἶκος· ἐν τῷ τῶν Μελιτέων δήμῳ παμμεγέθης ἦν οἶκος, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ φοιτῶντες ἐμελέτων.*

Γ Η Ρ Α Σ.

Repraesentaverat in hac comoedia senes, qui senectam exuti, quasi reviviscunt et iuvenum more lasciviunt, conferas maxime Fr. II. III. inter hos autem senes, ex quibus chorus compositus fuisse videtur, unus aliquis sine dubio primas egit partes, isque, ubi iuvenile robur recepit, uxorem ex aedibus expellit, virginemque iuvenem ut videtur in matrimonium ducit, quorsum pertinent Fr. VI. VII. similemque imaginem etiam in aliis fabulis exhibuit Aristophanes. Recte

autem Suevernius, qui peculiarem dissertationem de hac comoedia Berolini 1827 edidit, sensit poetam hac imagine proposita nihil aliud quam ipsum populum Atheniensem, a malis omnibus liberatum et iam resipiscentem, repraesentavisse. At quo tempore docta sit comoedia difficile dictu est, cum aetatis nullae insint notae, nisi quod Fragm. XXIV. Eucrates commemoratur: at huius quidem viri memoria non videtur magni momenti fuisse, sed quasi obiter facta esse. Illud tamen videtur verisimile, non ante Vespas actam esse Senectutem: at quod Suevernius p. 24 sqq. statuit comoediam praetore Aminia h. e. Olymp. LXXXIX 2 Dionysiis urbanis doctam esse, id parum idoneis nititur argumentis, quae quidem singula redarguere longum est: unum aliquid indicabo, parum probabile esse poetam, qui singulis fere annis singulas comoedias scripserit, tunc simul tres fabulas exhibuisse: nam Lenaeis eiusdem anni Vespas et Proagonem docuit. At vero ad illud tempus, quod inter Vespas h. e. Olymp. LXXXIX 2 et Aves h. e. Olymp. XCI 2 intercedit, fere nullae fabulae referuntur, neque tamen per tam longum temporis spatium prorsus conticuisse Aristophanem consentaneum est, itaque censeo Senectutem proxime Pacem priorem aut praegressam aut secutam esse, eique tempori satis etiam convenit ipsa comoediae ratio ac natura.

I.

Ὀφθαλμιάσας πέρυσιν εἶτ' ἔσχον κακῶς,
ἔπειθ' ὑπαλειφόμενος παρ' ἰατρῷ.

Pollux IV 180: *Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ φησὶν Ὀφθαλμιάσας πέρυσιν εἶτ' ἔσχον* (cod. Falckenb. *ἐπέσχων*) *κτλ.* Senex de oculorum lippitudine qua laborat exponit; recte autem haec Suevernius ad populi Atheniensis imprudentiam et caecam quasi levitatem transfert, in eo tamen a vero aberravit, quod de Nicia tanquam qui his malis mederetur cogitavit, quod iure improbavit C. F. Hermann. *de persona Niciae* p. 13.

II.

Α. Τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; Β. Θερμούς, ὦ τέκνον.
Α. Ἀλλ' ἦ παραφρονεῖς; Β. Κριβανίτας, ὦ τέκνον.

Athenaeus III p. 109 F: *Κριβανίτην· τούτου μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ· ποιεῖ δὲ λέγουσαν ἀρτόπωλιν διηρπασμένων αὐτῆς τῶν ἄρτων ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων· Τουτὶ τί ἦν κτλ.* Ita cod. A; ceteri v. 2: *κριβανίτας πάνυ δὲ* (vel *δὲ πάνυ*) *λευκοὺς ὦ τέκνον*, et ita Epitome: *Κριβανίτας δὲ λευκοὺς ἄρτους Ἀριστοφάνης που φησί.* Athenaei his locus clarissime illustrat institutum fabulae, namque *γῆρας ἀποβάλλειν* eodem plane modo dictum est, quo in Pace v. 376: *Ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα καὶ πέπορδα καὶ γελῶ Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα.* aut in Lysistrata senum chorus dicit v. 667: *Νῦν δεῖ Νῦν ἀνηβῆσαι πάλιν κἀναπτερῶσαι Πᾶν τὸ σῶμα κἀποσείσασθαι τὸ γῆρας τόδε.* adde Ran. v. 346. Finxit autem poeta senes illos recuperata valetudine superbe tractare mulierem panes vendentem, prorsus ut est in Vespis v. 1388 sqq.

III.

Ὁ δὲ μεθύων ἥμει παρὰ τοὺς ἀρχηγέτας.

Grammaticus Bekkeri I p. 449 14: *Ἀρχηγέται· ἡγεμόνες οἱ ἐπώνυμοι τῶν φυλῶν· Ἀριστοφάνης Γήρᾳ· ὁ δὲ μεθύων ἡμεῖς κτλ* Emendavit Bekkerus. Haec quoque de lasciviente aliquo sene dicuntur.

IV.

Ἐπὶ τοῦ περιδρόμου στᾶσα τῆς συνοικίας.

Pollux IX 39: *Καὶ τὸ μὲν πλῆθος τῶν οἰκοδομημάτων οἰκίαι καὶ συνοικίαι καὶ οἰκίας περίδρομος, ὡς ἐν τῷ Γήρᾳ Ἀριστοφάνης· Ἐπὶ τοῦ κτλ.* Eadem affert VII 125 nisi quod *ἐκ τοῦ περιδρ.* legitur. De meretrice aliqua interpretatur Suevern. p. 17.

V.

Ὦ πρεσβῦτα πότερα φιλεῖς τὰς δρυπετεῖς ἑταίρας
ἢ σὺ τὰς ὑποπαρθένους, ἁλμάδας ὡς ἐλάας,
στιφράς;

Athenaeus IV p. 133 A: Ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλάαις, ἃς κολυμβάδας καλοῦσιν, Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Γήρᾳ φησίν· Ὦ πρεσβῦτα κτλ. Vs. 2 addidi σύ, vulgo omissum. Dicit haec lena aliqua ad senem, cuius faciem habitumque etiam cum iuventutem recuperasset, cognoverat, itaque illum lepide ὦ πρεσβῦτα alloquitur.

VI.

Λόρδου κιγκλοβάταν ῥυθμόν.

Aelianus N. A. XII 9: Κίγκλος — μέμνηται δὲ τοῦ ὄρνιθος τούτου Ἀριστοφάνης — ἐν τῷ Γήρᾳ· Λόρδου κιγκλιοβάταν ῥυθμόν. Correxit Conr. Gesner. Ceterum malim λορδοῦ.

VII.

Ἀποπλευστέ' οὖν ἐπὶ τὸν νυμφίον, ᾧ γαμοῦμαι
τήμερον.

Scholiasta Nicandri Theriac. 295: Βαιὸν δὲ πλόον νῦν τὴν ὁδὸν τὴν πεζήν, τὴν πορείαν — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ γυναῖκα ποιήσας ἐπὶ ζεύγους ὄνων ὀχουμένην παράγει τινὰ ἐρῶντα αὐτῆς, ἢ καὶ ἐρεθίζουσά φησι πρὸς αὐτόν· Ἀπέπλεις τεὸν ἐπὶ κτλ. Toupius Emend. II p. 83 scripsit ἀποπλευστέον, ego ἀποπλευστέ' οὖν, versus enim est eiusdem numeri, quo praecedentes sunt compositi, videtur autem poeta in hoc numero brevem syllabam ante πλ. produxisse. Dicit autem haec iuvenis mulier, quae nuptura est seni isti.

VIII.

Ἔδει δέ γέ σ' ἐκβληθεῖσαν εἰς Ἁλμυρίδας
γυναικὶ τῃδὶ μὴ παρέχειν σε πράγματα.

Grammaticus Bekkeri I p. 383 16: *'Αλμυρίδες· τόπος τις περὶ τὰς ἐσχατιὰς τῆς 'Αττικῆς 'Αριστοφάνης Τηρεῖ· Ἔδει δέ γέ σε βληθεῖσαν εἰς 'Αλμυρίδας τηδὶ κτλ.* Corrigendum est *'Αριστοφάνης Γήρᾳ*, Terei nomen ortum ex vitiosa forma, quam seriores graeci usurpant, *γήρει*, quae et apud interpret. LXX saepius reperitur, ac non raro etiam in codicibus obviam est, ita ne longe abeam apud Athen. III p. 109 F. cod. B. *'Αριστοφάνης ἐν Γήρει* exhibet. Deinde v. 1 scripsi *ἐκβληθεῖσαν*, etsi etiam vulgaris lectio ferri potest, et v. 2 addidi *γυναικί*, loquitur enim senex, qui novae nuptae vacuas facit aedes et uxorem, quam olim duxerat, huic negotia facessere vetat. Locum illum memorat etiam Hesychius: *'Αλμυρίδες· αἰγιαλοί· καὶ τόπος ἐν τῇ 'Αττικῇ παρὰ τὰς ἐσχατιάς, οὗ τοὺς νεκροὺς ἐξέβαλον*, et maxime illustris est inscriptio apud Boeckh. C. I. I 103: *Κατὰ τάδε μισθοῦσι Πειραιεῖς Παραλίαν καὶ 'Αλμυρίδα καὶ τὸ Θησεῖον, καὶ τἄλλα τεμένη ἅπαντα.* unde satis superque intelligimus pertinuisse istum locum ad Piraeensium pagum; ex eodem titulo autem intelligitur postea certe (pertinet enim inscriptio illa ad Olymp. CXIV vel CXV) non prorsus ignavum aut sterilem fuisse hunc locum, nam haec ibi leguntur: *οἱ μισθωσάμενοι Παραλίαν καὶ 'Αλμυρίδα καὶ τὸ Θησεῖον καὶ τἄλλα τεμένη ἅπαντα ὅσα οἷόν τε καὶ θεμιτόν ἐστιν ἐργάσιμα ποιεῖν, κατὰ τάδε ἐργάσονται, τὰ μὲν ἐννέα ἔτη ὅπως ἂν βούλωνται, τῷ δὲ δεκάτῳ ἔπει τὴν ἡμισέαν ἀροῦν, καὶ μὴ πλείω κτλ.* quin etiam domus ibidem memoratur: *τὴν οἰκίαν τὴν ἐν τῇ 'Αλμυρίδι στέγουσαν παραλαβών.*

IX.

Α. Σὺ δ' οὐκ ἐγήμω; Β. Νὴ Δί', ὀλίγας ἡμέρας.

Priscianus XVIII vol. II p. 226 ed. Krehl: „Attici *ὀλίγας ἡμέρας* pro *ἐν ὀλίγαις ἡμέραις*. Similiter nos. Aristophanes *Γήρᾳ· Σὺ δ' οὐχ ἠγῆμ' οὖν δὴ ὀλίγας ἡμέρας*. Cod. Monac. *ΓΗΡΑΥΣΥ ΔΟΥΧ ΗΓΗΙ ΜΟΥ ΗΔΗ ΟΛΙΓΑΣ ΕΜΕΡΑΣ*. Cod. Tegerns. *ΓΕΡΑΥΣΥΔΟΥΣ ΗΜΕΡΑΣ*. Recte Meinekius *νὴ Δί' ὀλίγας ἡμέρας* scri-

psit; reliqua correxi, eodemque modo C. A. Hermannus de Nicia p. 17, sed aliter interpretor: quaerit unus ex senibus ex aequali, cur nondum uxorem duxerit, cui ille regerit, se paucis diebus uxorem domum ducturum esse: namque *ἐγήμω* verbum medium ex comicorum usu dictum est, cfr. ad Anacreontem p. 216.

X. XI. XII.

Πτωχικοῦ βακτηρίου.

Βακτηρία δὲ Περσὶς ἀντὶ καμπύλης.

Pollux X 173: *Καὶ ὡς ἐν Γήρᾳ· Πτωχικοῦ βακτηρίου* (cod. Iungerm. *βακτηρίου πτ.*) *καὶ Βακτηρία δὲ Περσὶς ἀντὶ καμπύλης καὶ καλαμίνους αὐλούς.* Haec omnia, quod ratio illius loci docet, ex una eademque fabula petita sunt, et ultimum illud *καλαμίνους αὐλοὺς* rursus idem Pollux X 153 ex Aristophane affert: *Καλαμίνους αὐλοὺς Ἀριστοφάνης ἔφη.* Prorsus futilis autem Dindorfii ratio est, qui quod in Acharnensibus v. 448 legitur: *Ἀτὰρ δέομαί γε πτωχικοῦ βακτηρίου*, eam ob causam haec huic fabulae abiudicat. Alter autem versus aperte dictus est de senibus, qui iam molli et delicato cultu utuntur; incurvi enim baculi, quales Lacedaemonii gerebant, rusticorum sunt hominum, recti sive Persici, elegantiorum et divitum, vid. Etymol. M. 185 56: *Βακτηρία, ἣν ἐκάλουν ὀρθήν· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ οἱ ἐν περιουσίᾳ καὶ οἱ δικάζοντες· τῇ δὲ καμπύλῃ οἱ ἄγροικοι.*

XIII.

Κοπίδι τῶν μαγειρικῶν.

Pollux X 104: *Ἀριστοφάνους γοῦν ἐν Ἱππεῦσιν ὁ μάγειρος λέγει — ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Γήρᾳ ὁ αὐτὸς ποιητὴς εἴρηκε· κοπίδι κτλ.* Namque etiam delicato victu utuntur senes, quibus iuventus restituta est.

XIV.

Ἐγὼ δ' ἀπολοπίζειν τε κᾆτ' ἐπ' ἀνθράκων.

Grammaticus Bekkeri I p. 430 15: *Ἀπολογίσασθαι· καὶ ἀπολογίζειν τὸ ἐπεξελθεῖν ἕκαστα. Ἀριστοφάνης ἐν*

τῷ θ' Γήρᾳ· Ἐγὼ δ' ἀπολογίζειν κτλ. Quod grammaticus ille dicit ἐν τῷ θ' nihil aliud significavit, quam ordinem illum, quem antiqui grammatici omnes vel certe plerique secuti sunt in Aristophanis comoediis recensendis, quemadmodum in didascalia Avium legitur: ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου· — ἔστι δὲ λέ. aut apud Photium p. 426 12: Πέτευρον — Ἀριστοφάνης ἐν τῷ ε, quam notam ad Nubes referendam esse docet Pollux X 56. At vero quid spectaverint grammatici illi in hoc ordine instituendo, in tanta eiusmodi notarum paucitate prorsus obscurum est, confer doctam dissertationem O. Schneideri de Aristoph. schol. Fontt. p. 51 sq. Iam vero ἀπολογίζειν illud, quod grammaticus tanquam Aristophaneum affert, prorsus barbarum est, egregieque Fritzschius in commentat. de Daetal. p. 106 correxit ἀπολοπίζειν, quod instituta sententia requirit: loquitur enim aliquis, fortasse coquus, de piscibus apparandis. Ceterum nescio an praeterea scribendum sit: Ἐγῷδ' ἀπολοπίζειν τε καὶ τοὐπ' ἀνθράκων, h. e. ὀπτᾶν, quod ipsum fortasse poeta ex quotidianae vitae consuetudine omisit: ita certe locutus est Herodianus p. 450 ed. Piers.: Ἀπανθρακίσαι· τὸ ἐπὶ τῶν ἀνθράκων, ὅπερ οἱ Δωριεῖς ἐκπυρίσαι λέγουσιν.

XV.

Ὑδρίαν δανείζειν πεντέχουν ἢ μείζονα.

Pollux X 74: Ἐν δὲ τῷ Γήρᾳ ἔφη· Ὑδρίαν κτλ. ὥστε οὐ μόνον ὕδατος, ἀλλὰ καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία. legebatur ἐφ' ὑδρίαν, recte Bentleius ἔφη scripsit.

XVI.

Ταῖς πολιόχρωσι βεμβράσιν τεθραμμένη.

Athenaeus VII p. 287 D: Βεμβράδες — Ἀριστοφάνης Γήρᾳ· Ταῖς πολιοχρ. κτλ.

XVII.

Ὀξωτά, σιλφιωτά, βολβός, τεύτλιον,
ὑπότριμμα, θρῖον, ἐγκέφαλον, ὀρίγανον,
καταπυγοσύνη ταὖτ' ἐστὶ πρὸς κρέας μέγα.

Pollux VI 69: Ὁ δ' Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ λέγει· ὀξωτά, σ. β. τ. περίκομμα, ϑ. ἐγκ. ὀρίγανον. Tertium versum licet addere ex Diogene Laer. IV 18: Ἦν οὖν ἀστεῖός τις (Πολέμων) καὶ γενναῖος, παρῃτημένος ἅ φησιν Ἀριστοφάνης περὶ Εὐριπίδου, ὀξωτὰ καὶ σιλφιωτά, ἅπερ, ὡς αὐτός (scribendum videtur ὁ αὐτὸς) φησι· Καταπυγοσύνη κτλ. Adde Suidam v. ὀζωτά. Ἀριστοφάνης περὶ Εὐριπίδου φησιν· ὀζωτά, σιλφωτά, ἅπερ ὡς αὐτός φησιν, καταπυγ. κτλ. Dicta haec sunt in Euripidis poesin, quae ut ipse alicubi locutus est, κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν animorum motus gravissimos excitabat, itaque comparari potuit cum cibis, qui effrenatas libidines stimularent et accenderent. Vs. 2 scripsi ὑπότριμμα, quod indicat lectio cod. Falckenb. ὑποτρίκομμα, estque altero paullo commodius. Ceterum quodammodo comparari potest, quod ipse Euripides dicit in Ranis v. 940 de sua arte: Ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον Ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις καὶ τευτλίοισι λευκοῖς, Χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν.

XVIII.

Α. Τίς ἂν φράσειε ποῦ 'στι τὸ Διονύσιον;
Β. ὅπου τὰ μορμολυκεῖα προσκρεμάννυται.

Phrynichus p. 367 ed. Lobeck: Διονύσιον· ἀπαίδευτον οὕτω λέγειν, δέον βραχύνειν τὴν σι συλλαβήν· οἱ γὰρ ἐκτείνοντες παρὰ τὴν τῶν Ἀττικῶν διάλεκτον λέγουσι· χρὴ οὖν Ἀριστοφάνει ἀκολουθοῦντας λέγειν· ἐν γὰρ τῷ Γήρᾳ φησί· Τίς ἂν φράσειε κτλ. Respicit haec Etym. M. p. 590 52: Μορμολυκεῖον· προπερισπᾶται. ἔστι προσωπεῖον ἐπίφοβον· Ἀριστοφάνης Γήρᾳ. In Dionysio autem videntur variae personae, artis quasi simulacra quaedam, affixae fuisse, nescioque an ibidem etiam fuerit gravis et severa ipsius Bacchi facies, vid. Athen. XII p. 533 C: Ὁ δὲ Πεισίστρατος καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο, ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνῃσι τοῦ Διονύσου πρόσωπον ἐκείνου τινές φασιν εἰκόνα.

XIX.

Εἰ παιδαρίοις ἀκολουθεῖν δεῖ σφαῖραν καὶ στλεγγίδ' ἔχοντα.

Scholiasta Equitum v. 577: *Στλεγγὶς γὰρ ἡ ξύστρα, καὶ στλεγγιζόμενος, ἀποξυόμενος· καὶ ἀλλαχοῦ Γήρᾳ· Εἰ παιδαρίοις κτλ.* Eadem scholiasta Platonis p. 334, Photius p. 537 14 et Suidas v. *Στλεγγίς* Recte Suevernius interpretatur de pedissequo, qui divitum liberis comitatur, pectinemque et pilam portat.

XX.

Scholiasta Bekkeri I p. 102 15: *Καταλαλεῖν. Ἀριστοφάνης Γήρᾳ* et Pollux II 125: *καὶ τὸ καταλαλεῖν παρὰ Ἀριστοφάνει*, quamquam is fortasse Ranas v. 760 respexit.

XXI.

Pollux X 61: *Κληρωτήριον· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου ἔοικεν εἰρῆσθαι τοὔνομα ἐν τῷ Γήρᾳ Ἀριστοφάνους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἂν ἐναρμόσειεν.* Cfr. Phrynichum Bekkeri I 47 13: *Κληρώτηρια· ἔνθα κληροῦνται οἱ δικασταί.*

XXII. XXIII.

Harpocratio: *Σκαφίον· — ὅτι δὲ τὸ σκαφίον εἶδος κουρᾶς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ.* Cfr. Eustathius Iliad. 1292 81: *Κείρονται δὲ καὶ μέχρι νῦν οἱ μὲν ἐν χρῷ, καθὰ καὶ Ἀλανοί, οἱ δὲ σκάφιον, ὅς παρὰ τῷ κωμικῷ κεῖται.* — Idem: *Τῆτες· ἀντὶ τοῦ τούτῳ τῷ ἔτει — Ἀριστοφάνης Γήρᾳ.*

XXIV.

Photius p. 256 7: *Μελιτέα κάπρον· Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ λέγει ἀντὶ τοῦ Εὐκράτης. ἐπεὶ δασύς ἐστι· καὶ γὰρ ἄρκτον αὐτὸν ἔλεγον ἢ ὅτι μυλῶνας εἶχεν, ἐν οἷς ἐτρέφοντο σῦς.* Eundem locum respexit Hesychius: *Μελιτεὺς κάπρος· τῶν γὰρ δήμων Μελιτεύς ἐστι· καὶ σῦν αὐτὸν ἄντικρυς ἐκάλουν, ἴσως μὲν διὰ δασύτητα, ἐπεὶ καὶ ἄρκτον*

αὐτόν φασι πολλαχοῦ, ἴσως δὲ καὶ ὅτι μυλῶνας ἐκέκτητο ἐν οἷς σῦς ἔτρεφεν. Fortasse ipse quoque Aristophanes eundem Eucratem, si non in hac comoedia, at in alia quadam vocavit *suem* et *ursum*, quae quidem convicia ego non ad hirsutam faciem, sed ad sordidum cultum horridosque mores rettulerim. Vendebat autem Eucrates ille cannabum, et Pericle mortuo aliquandiu civitatis tenuit habenas, vid. Aristoph. Equitt. v. 128: *Ὁ χρησμὸς ἄντικρυς λέγει, Ὡς πρῶτα μὲν στυππειοπώλης γίγνεται, Ὃς πρῶτος ἕξει τῆς πόλεως τὰ πράγματα.* ubi scholiasta: *στυππειοπώλης ὁ τὰ στυππεῖα πωλῶν τουτέστι καννάβινα λινᾶ. δηλοῖ δὲ τὸν Εὐκράτη καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῦ πολιτείαν· ὃς στύππαξ ἐκαλεῖτο διὰ τὸ στυππειοπώλης εἶναι, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις.* Eidem vero etiam pistrina erant, ut Photius et Hesychius indicant, itaque cum denique in iudicium vocatus esset capitisque periculum immineret, largitione annonae vel simili aliquo artificio videtur grave discrimen elusisse, vid. Equitt. v. 253: *Εὐλαβοῦ δὲ μὴ 'κφύγῃ σε· καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς Ἅσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐθὺ τῶν κυρηβίων.* ubi scholiasta: *ἐπίσταταί φησι, τὰς καταδύσεις Εὐκράτους τὰς ἐπὶ τὰ κυρήβια — μυλῶνας δὲ ἔχων ὁ Εὐκράτης εἰκότως εἶχε καὶ κυρήβια· ἐκωμῴδησεν οὖν εἰκαίρως αὐτὸν ὡς μυλωνάρχην καὶ ὡς πρὸ αὐτοῦ πολιτευσάμενον καὶ πεφευγότα.* et alius: *ἔνθα οἱ κάχρυς φρύγονται — σκώπτει δὲ καὶ τὸν Εὐκράτην ὡς τοιαύτην τέχνην ἔχοντα. ἐν ἄλλοις γοῦν φανερωτέρως φησί· Καὶ σὺ κυρηβιοπῶλα Εὔκρατες στύππαξ.* Eundem Eucratem existimant perstringi etiam in Lysistrata v. 103: *Ὁ γοῦν ἐμὸς ἀνὴρ πέντε μῆνας ὦ τάλαν Ἄπεστιν ἐπὶ Θρᾴκης φυλάττων Εὐκράτη.* nam Suidas v. *Ἄπεστιν* dicit: *Εὐκράτης οὗτος ἦν στρατηγὸς Ἀθηναίων, ὁ καλούμενος στύππαξ, δωροδόκος καὶ προδότης, ὃς ἀπώλετο ὑπὸ τῶν τριάκοντα, οἱ δὲ ὡς πιὼν κώνειον.* Sane Eucrates, Niciae frater, post cladem Siculam dux factus est, isque populare imperium tuitus, neque in numerum CCCC neque XXX virorum receptus est, sed eo ipso tempore obiit, vid. Lysias adv. Polioch. 4: *Εὐκράτης τοίνυν, ἀδελφὸς μὲν ὢν*

ἐκείνου, πατὴρ δὲ ἐμός, ἤδη τῆς τελευταίας ναυμαχίας γεγενημένης φανερὰν ἐπεδείξατο τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχε περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον· ἡττημένων γὰρ ἐν τῇ ναυμαχίᾳ στρατηγὸς ὑφ' ὑμῶν ᾑρημένος, καὶ παρακαλούμενος μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων τῷ πλήθει οὐκ ἠθέλησεν αὐτοῖς πείθεσθαι — ἀλλ' ἐξὸν αὐτῷ καὶ τῶν τριάκοντα γενέσθαι καὶ μηδενὸς ἔλαττον γενέσθαι, μᾶλλον εἵλετο πράττων ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ἀπολέσθαι ἢ ἐπιδεῖν τείχη καθαιρούμενα κτλ At hic Eucrates, Niciae frater, diversus omnino est ab isto homine populari, qui fuit Melitensis, Eucrates vero ex alio pago, Pergase, ut olim conieci, vid. Comment. p. 251, sed de Niciae gente quae ibi dixi, alias amplificanda et corrigenda sunt: temere igitur Suidas sive quem ille secutus est auctor, utrumque confudit. At quaeritur in Lysistratae loco uter intelligendus sit; ut mihi quidem videtur, neuter, sed tertius aliquis, qui Antiochidis fuit tribus illoque ipso tempore in Thracia obiit: namque huc refero titulum, qui est apud Boeckh. C. Insc. I n. 171, ubi inter milites, qui ex tribu Antiochide mortui sunt, commemoratur *ἐπὶ Θράκης Εὐκράτης*, eum autem titulum ad hunc ipsum Calliae annum pertinere, probabo alias: itaque cum Olymp. XCII 1 mortuus sit, non est Niciae frater, cum tribus Antiochidis sit, non est iste Melitensis.

ΓΗΡΥΤΑΔΗΣ.

Nomen fabulae prorsus obscurum, fictum haud dubie a poeta, similitudinem aliquam habet cum nomine *Χαιρητάδης*, quod est in Ecclesiaz. v. 51. At etsi ignoramus quemnam illum Gerytadem poeta exhibuerit, comoediae tamen argumentum ex reliquiis perspicere possumus. Etenim Aristophanes de depravatione et corruptela poesis conqueritur, videturque ita instituisse, ut poetae illius temporis, quos ipsorum inertia nequaquam latuit, legatos mitterent ad inferos,

acta anno 408 (Geissler p. 61)

qui principes artis illic adirent ab iisque opem et auxilium impetrarent, quorsum spectat Fr. I. II. alia. Repraesentavit igitur in hac comoedia eandem fere imaginem atque in Ranis, ubi Bacchus Euripidis desiderio commotus ad Orcum descendit. Atque hoc quidem certum est hanc fabulam non potuisse doceri ante Euripidis et Sophoclis mortem, quoniam etiam tunc suum decus retinebat poesis: itaque non potest acta esse ante Olymp. XCIII 3. at quoniam eo ipso tempore Ranas docuit, quae fabula idem fere consilium persecuta est eandemque induit speciem, aliquot annos post scriptus sit Gerytades, necesse est. Itaque hanc comoediam ad tertiam classem rettuli, de qua re dictum est supra, conveniuntque huic aetati etiam homines, qui passim perstringuntur.

I. II.

Α. Καὶ τίς νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
ἔτλη κατελθεῖν; Β. ἕν' ἀφ' ἑκάστης τῆς τέχνης
εἱλόμεθα κοινῇ γενομένης ἐκκλησίας,
οὓς ᾖσμεν ὄντας ᾀδοφοίτας καὶ θαμὰ
ἐκεῖσε φιλοχωροῦντας. Α. εἰσὶ γάρ τινες
ἄνδρες παρ' ὑμῖν ᾀδοφοῖται; Β. νὴ Δία
μάλιστά γ'. Α. ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται; Β. πάντ' ἔχεις.
Α. καὶ τίνες ἂν εἶεν; Β. πρῶτα μὲν Σαννυρίων
ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν, ἀπὸ δὲ τῶν τραγικῶν χορῶν
Μέλητος, ἀπὸ δὲ τῶν κυκλίων Κινησίας.

* * * *

Α. Ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα.
τούτους γὰρ ἢν πολλῷ ξυνέλθῃ ξυλλαβὼν
ὁ τῆς διαρροίας ποταμὸς οἰχήσεται.

Athenaeus XII p. 551 A: *Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Γηρυτάδῃ λεπτοὺς τούσδε καταλέγει, οὓς καὶ πρέσβεις ὑπὸ τῶν ποιητῶν φησιν εἰς Ἅιδου πέμπεσθαι πρὸς τοὺς ἐκεῖ ποιητάς, λέγων οὑτωσί· Καὶ τίς νεκρῶν κτλ. — εἶθ' ἑξῆς*

φησιν· Ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν κτλ. Vs. 1 compositus est ad similitudinem Euripidis Hecubae v. 1: Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν κτλ. — Vs. 2 ἕν' ἀφ' ἑκάστης τῆς τέχνης scripsit Toupius, libri ἕνα δ' ἀφ' ἑκάστης τέχνης, fortasse praestat ἕνα γὰρ ἀφ' ἑκάστης τέχνης. — Vs. 4 οὓς ᾔσμεν ὄντας Tyrwhittus ad Toup. Emend. IV p. 424 libri οὐσημένοντας. — Vs. 7 vulgo uni haec omnia tribuuntur, at apertum est ista verba ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται alteri, quicunque est, tribuenda esse. — Vs. 9 τρυγῳδῶν Bentleius Opusc. p. 319 ed. Lips. codd. τραγῳδῶν. — Vs. 10 κυκλίων Bentleius ibidem, libri κυλίκων, cod. Pal. κυκλικῶν. — Vs. 11 ὤχεσθ' libri, correxit Porsonus ad Orest. Euripid. v. 68: ὡς τά γ' ἀλλ' ἐπ' ἀσθενοῦς Ῥώμης ὀχούμεθα. Conferas Galen. Protrept. I p. 5 ed. Lips.: Ὀχουμένους ἐπ' ἐλπίδων ἀεὶ καὶ θεούσῃ τῇ δαίμονι συνθέοντας. Et sic legitur in Epitome: καὶ Ἀριστοφάνης δὲ λεπτοῖς καταλέγει Σαννυρίωνα τραγῳδὸν καὶ Μέλιτον καὶ Κινησίαν· καὶ ἀϊδοφοίτας τούτους καλεῖ, οὓς φησι καὶ ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὀχεῖσθαι. — Vs. 12 πολλῷ corruptum, puto scribendum: ἢν πολὺς ξυνέλθῃ, ut est apud Horatium Satir. I 7 28: „Tum Praenestinus salso multoque fluenti Expressa arbusto regerit convicia;" eodemque modo explicandum est, quod Aeschylus dixit in Septem v. 80: Ῥεῖ πολὺς ὧδε λεώς. — Vs. 13 οἰχήσεται Dawesius Miscell. p. 568, libri ἐξοιχήσεται, nisi forte poeta scripsit: Ὁ τοῦ διαρρου ποταμὸς ἐξοιχήσεται. Intellexit autem Aristophanes illum locum, quem Sophocles dicit apud Plutarch. Moral. p. 17 C: Στενωπὼς Ἅιδου καὶ παλιρροία βυθοῦ et Pindarus Thr. Fr. I 8. Facete autem ita instituit poeta, ut legati ii mitterentur, qui et ignavissimi essent et externa quoque specie tam male affecti, ut prope iam mortui videri possent. Namque Sannyrio comicus poeta propter corporis macilentiam satis famosus fuit saepiusque eo nomine ab aemulis irrisus est, vid. Meineke I p. 263, idem vero malus etiam fuit poeta, eoque maxime tendit Strattidis vexatio apud Athen. XII p. 555 C: Σαννυρίωνος σκυτίνην ἐπικουρίαν. Meletus, tragicus poeta

propter carminum pravitatem a comicis saepe notatus, vide Aristoph. Ran. 1309 collato schol. Platon. p. 370, propter maciem prope mortuus haberi potuit, vid. Sannyr. Γέλως Fr. III. Horum tamen famam insigni spurcitie superavit etiam Cinesias, dithyramborum poeta, de quo vide Meineke I p. 227 sq. Ceterum hunc Aristophanis locum respexit Aelian. Var. Histor. X 6: *ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητής, καὶ Μέλητος ὁ τραγῳδίας ποιητὴς καὶ Κινησίας κυκλίων χορῶν.* At vero quod Eustathius p. 1288 42 dicit: *λέγεται δὲ καὶ Ἀρχέστρατος ὁ μάντις καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ὕστερον τῶν κηρῶν λεπτότερος εἶναι.* id (simile quid legitur apud Athenaeum, qui p. 552 C ex Polemone de Archestrati tenuitate refert), certe non ex Aristophane petitum est, ut visum Fritzschio de Daetal. p. 99.

III.

Τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον.

Pollux X 59: *Κρατῖνος — μάλθην ἔφη, Ἀριστοφάνης δὲ ἐν τῷ Γηρυτάδῃ· Τὴν μάλθαν κτλ.* Dictum hoc in legatos illos, qui prae nimia voracitate in itinere ceram ex tabellis, quas perferre debebant, comederunt.

IV.

Ἆρ' ἔνδον ἀνδρῶν κεστρέων ἀποικία;
ὡς μὲν γάρ εἰσι νήστιδες, γιγνώσκεται.

Athenaeus VII p. 307 E: *Ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις — Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ· Ἆρ' κτλ.* Vs. 2 *εἰσι* Casaubonus, cod. B *ἐστι*, P *ἐστι* et *ἐστὲ* supra scriptum. *γιγνώσκεται* cod. C, ceteri *γιγνώσκετε.* Haec aliquis dicit, cum legati ad inferos pervenissent. Comparat Dindorfius Hesychium: *Κεστρεῖς· τοὺς κεχηνότας καὶ πεινῶντας κεστρεῖς λέγουσι· καὶ τοὺς Ἀθηναίους οὕτω ἔλεγον καὶ προσηγόρευον· τὸ γὰρ ζῷον αὐτὸ λαίμαργόν τέ ἐστι καὶ ἄπληστον.* Similia Photius p. 158 22.

V.

Πόλος τόδ' ἐστίν; εἶτα ποστὴν ἥλιος τέτραπται;

Pollux IX 46: *Τὸ δὲ καλούμενον ὡρολόγιον ἤπου πόλον ἄν τις εἴποι φήσαντος Ἀριστοφάνους ἐν Γηρυτάδῃ· Πόλος τοῦτ' ἔστιν ἑκασταποστην κτλ.* Emendavit Porsonus Praef. ad Hecub. XLI. Dicit haec apud inferos unus ex legatis, qui coenam cupide desiderat.

VI.

Ἀκροκώλι', ἄρτοι, κάραβοι, βολβοί, φακῆ.

Athenaeus III p. 95 F: *ἀκροκωλίων δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης — ἐν Γηρυτάδῃ· Ἀκροκώλι' ἄρτοι κάραβοι.* Feliciter versum redintegravit Dindorfius ex Etymol. M. p. 55 14, ubi sine scriptoris nomine hoc affertur: *Ἀκροκώλια, ἄρτοι, βολβοί, φακῆ.* Fortasse praestat *φακοί.* De legatorum coena videtur sermo esse.

VII.

Πτισάνην διδάσκεις αὐτὸν ἕψειν ἢ φακῆν;

Athenaeus IV p. 158 C: *Ὁ χαρίεις τε Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ ἔφη· Πτισάνην* (cod. Ven. *πτισάνην ην*) *δ. δ. κτλ.* Haec de eadem coena.

VIII.

Θεράπευε καὶ χόρταζε τῶν μονῳδιῶν.

Athenaeus III p. 99 F: *χορτασθῆναι — Ἀριστοφάνης δ' ἐν Γηρυτάδῃ· Θεράπευε κτλ.* Videtur de Euripidis tragoediis sermo esse, cuius monodiae satis fuerunt celebres, vid. Ran. v. 1330: et iubet aliquis, ut coniicio, Meleto Euripidis monodias edendas praeberi, quemadmodum in Ranis v. 1301 Euripidea Musa prope ad Meleti carmina accedere dicitur: *Οὗτος δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων, Σκολίων Μελήτου, Καρικῶν αὐλημάτων, Θρήνων, χορείων κτλ.*

IX.

Α. Καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα;
Β. εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ ξηροὺς ἅλας.

Scholiasta Vespar. v. 1303: *Σθένελος δὲ ὁ τραγικὸς ὑποκριτής, ὃς διὰ πενίαν τὴν τραγικὴν σκευὴν ἀπέδοτο κακῶς πράττων· οὗτος ἐλαύνων περὶ τοῖς τείχεσιν ἐνδεικνύμενος διεχλεύαζε· περὶ τούτου γέγραπται ἐν Γηρυτάδῃ· Καὶ πῶς κτλ.* **Eadem Athenaeus IX p. 367 B:** *Ἁλῶν δὲ καὶ ὄξους μέμνηται ὁ καλὸς Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς περὶ Σθενέλου τοῦ τραγικοῦ λέγων· Καὶ πῶς — ἂν ῥῆμα; εἰς ὄξος — ἢ λευκοὺς ἅλας.* **Secundum versum etiam Pollux exhibet sic scriptum VI 65:** *Λεπτοὶ ἅλες, εἰς οὓς τις ἐμβάπτει, ὡς Ἀριστοφάνης· Εἰς ὄξος ἐμβ. ἢ λεπτοὺς ἅλας.* **Itaque sane probabile est Aristophanem** *λεπτοὺς* **scripsisse, praesertim cum etiam Athenaei lectio proxime accedat. Sthenelum tragicum poetam satis insulsum risit etiam Plato in Laconibus Fr. II. ubi vid. Meineke et in** *Σκευαῖς* **Fr. II.**

X.

Ἐν τοῖσι συνδείπνοις ἐπαινῶν Αἰσχύλον.

Athenaeus VIII p. 365 B: *Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου — καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ· Ἐν τοῖσι κτλ.*

XI.

Ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον
λιπών, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια.

Athenaeus III p. 112 E: *Θεαρίων ὁ ἀρτοποιός, οὗ μνημονεύει Πλάτων ἐν Γοργίᾳ — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ καὶ Αἰολοσίκωνι διὰ τούτων· Ἥκω κτλ.* **Dixi de his versibus supra ad Aeolos. Fr. VII. Videtur autem unus ex legatis fame prope confectus ista dicere.**

XII.

Athenaeus XI p. 485 A: *Λεπαστή· οἱ μὲν ὀξύνουσι τὴν τελευταίαν, ὡς καλή, οἱ δὲ παροξύνουσιν ὡς μεγάλη. τοῦτο*

δὲ τὸ ποτήριον ὠνομάσθη ἀπὸ τῶν εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων, οὓς λαφύκτας καλοῦμεν· κύλικες δ' ἦσαν μεγάλαι· Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ· Ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἑορτή· περιέφερε δ' ἐν κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς ἐνέχει τε σφόδρα κυανοβενθῆ. τὸ βάθος τοῦ ποτηρίου παρίστησιν ὁ κωμικός. Male Dindorfius haec in iambicos tetrametros redigit, numeri sunt choriambici, sed non sine difficultate revocaveris in ordinem, itaque praestat audacem coniecturam silentio transmittere. Adde Pollucem X 75: *Ὅτι δὲ ἡ λεπαστὴ οὐκ ἔκπωμα μόνον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ οἰνοχόη, σαφὲς Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ ποιεῖ· Περίφερε δὴ κύκλῳ λεπαστήν*, auctiora haec exhibent codd. V. et Falkenb. et Iungerm. *Περιφέρει δὴ* (Falkenb. *περίφερε δὴ*) *κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ* (Falk. *ταχὺ ἡμῖν*) *προσφέρων παῖς ἐνέχει* (Falk. *παισὶν ἔχειν*). Referunt autem legati, quo pacto fuerint excepti apud Inferos. Ceterum aliquando conieci hoc carmen ad similitudinem Philoxeni fuisse compositum, quae coniectura si satis firmari posset, haec comoedia non ita multo post Olymp. XCVI 4 scripta esset, vid. Commentat. p. 212.

XIII.

Pollux X 91: *Κανίσκια — Ἀριστοφάνης — ἐν Γηρυτάδῃ· Ἄλλος δ' εἰσέφερε πλεκτῷ κανισκίῳ ἄρτων περίλοιπα θρύμματα* et VII 176: *Καὶ τὸ κανοῦν δὲ πλέγμα τι καὶ τὸ κανίσκιον· ἐν γὰρ τῷ Γηρυτάδῃ φησὶν Ἀριστοφάνης Πλεκτῷ κανισκίῳ.* Pertinent ad idem illud carmen.

XIV.

Χαριεντίζει καὶ καταπαίζεις ἡμῶν καὶ βωμολοχεύει.

Harpocratio: *Βωμολοχεύεσθαι — Ἀριστοφάνης Χαριεντίζῃ κτλ.* Eadem sed fabulae nomine omisso Etym. M. p. 807 16. Suidas et Zonaras v. *χαριεντιζόμενοι*, scholiasta Platonis p. 403 et grammat. Nanianus p. 497, ubi constan-

ter *χαριεντίζεις* scriptum. Increpat his verbis chorus, ut videtur, legatos illos pessimos homines.

XV.

Ψίθυρός τε καλοῦ καὶ ψωμοκόλαξ.

Athenaeus VI p. 261 F: *Ψωμοκόλακος δὲ μνημονεύει Ἀριστοφάνης* (ita Casaub. libri *Ἀντιφάνης*) *ἐν Γηρυτάδῃ οὕτως· Ψίθυρος κτλ.* Pro *καλοῦ* malim *καλεῖ* restituere: *ψωμοκόλαξ* epitome, codd. *κόλαξ*. Haec in eosdem legatos dicta.

XVI.

Τότε μὲν (Διόνυσέ) σου κατεκοττάβιζον (ἄν),
νυνὶ δέ σου κατεμοῦσι, τάχα δ' εὖ οἶδ' ὅτι
καὶ καταχέσονται.

Pollux VI 111: *Οὐ μὴν εἴποι ἄν τις τὸ κοτταβίζειν ἐφ' οὗ νῦν, ἀλλὰ ἐμεῖν ἢ ἀποβλύζειν, πλὴν εἴ τις παίζειν βούλοιτο οὕτως ὑποπτεύων τὸ ἐν τῷ Γηρυτάδῃ ὑπ' Ἀριστοφάνους εἰρημένον· Τότε μέν σου κατεκοττάβιζον, νυνὶ δὲ κατεμοῦσι κτλ.* Redintegravi versus ex coniectura, Bacchi nomen facile potuit excidere: Bacchum autem, musicae artis principem, infelicem praedicat aliquis, quod a poetis tot tantasque contumelias perpetiatur: neque dubito quin extremum illud ad Cinesiam potissimum pertineat, de cuius spurcitie vid. Meineke I p. 227 sqq.

XVII.

Φήμαις οὖν ἐγὼ βροτῶν ἅπαντας ἐκλαπῆναι.

Erotianus p. 148 ed. Franz: *Ἐκλαπήσεται· ἀντὶ τοῦ ἐκγλυφήσεται καὶ ἐκγεννηθήσεται. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ φησί· φήμαις κτλ.* Non expedio.

XVIII.

Athenaeus XIV p. 650 E: *Τῶν γὰρ ἀπυρήνων (ῥοῶν) Ἀριστοφάνης — μνημονεύει — καὶ ἐν Γηρυτάδῃ.*

XIX.

Scholiasta Sophoclis Electrae v. 289: *Ὦ δύσθεον μίσημαι σοὶ μόνῃ πατὴρ τέθνηκεν;*] *Καὶ ταῦτα Ἀριστοφάνης παρῴδηκεν ἐν Γηρυτάδῃ.* Videtur igitur etiam alia ex praecedentibus Aristophanes in suum convertisse usum.

XX.

Scholiasta Luciani Rhetor. praecept. apud Cramerum Anecd. IV p. 209 20: *Ἀγάθων, τραγῳδίας ποιητής. εἰς μαλακίαν σκωπτόμενος Ἀριστοφάνει τῷ Γηρυτάδῃ· ἦν δὲ Τισαμενοῦ τοῦ Ἀθηναίου υἱός, παιδικὰ γεγονὼς Παυσανίου τοῦ τραγικοῦ, μεθ᾽ οὗ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος. ἐμιμεῖτο δὲ τὴν κομψότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ ῥήτορος, ὡς Πλάτων ὁ φιλόσοφος Συμποσίῳ.* unde redintegrari potest scholion Platonis p. 373 ed. Bekker: . . . *τραγωιδ* . . . . *ἐπὶ μαλακιαι* . . . . *ταδηι ἦν δ᾽ οὗτος* . . . *παῖς ἀθηναῖος* . . .

XXI.

Athenaeus XVII p. 592 C: *Μνημονεύει αὐτῆς (τῆς Ναΐδος) καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ.* quod satis indicat fabulam ad seriora tempora referendam esse. De Naide conferas Hanov. Exerc. p. 31 sqq.

XXII.

Etymol. M. p. 410 1: *Ἤιειν, ἤεις, ἤει· ζήτει εἰς τὸ ἀπῄειν· ἐκ τοῦ εἶα μέσου παρακειμένου Ἀττικῇ ἐκτάσει ᾖα, ᾔειν, ᾔεις, ᾔει. καὶ πληθυντικῶς ᾖμεν. Ἀριστοφάνης — ἐν Γηρυτάδῃ· Ἤισαν εὐθὺ τοῦ Διονυσίου ἀντὶ τοῦ ἐπορεύοντο.*

XXIII.

Hesychius: *Αὐτοὶ θύομεν, ἀντὶ τοῦ αὐτοὶ πίνομεν, ἐνηλλαγμένως, παρόσον οἱ καλούμενοι εἰς ἑστίασιν λέγουσι καὶ αὐτοὶ θύομεν· ἐπὶ γὰρ τῶν καλουμένων ὑπό τινων λέγεται. Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ.*

XXIV.

Pollux X 160: *Ἀσκοθύλακος· ὡς ἐν τῷ Ἀριστοφάνους Γηρυτάδῃ.*

XXV.

Erotianus p. 114: *Γαργαλισμοῦ· γάργαλος καὶ γαργάλη λέγεται ἐρεθισμός, ἀπὸ τῶν πασχητιουσῶν γυναικῶν εἰλημμένης τῆς λέξεως, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ καὶ Δίφιλος ἐν Δαναΐσι.*

XXVI.

Harpocratio: *Ἕρμα· ὕφαλος πέτρα. Ἀντιφῶν ἐν τῇ πρὸς Καλλίου ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ· ἔστι τοὔνομα καὶ παρὰ Ἀνακρέοντι καὶ ἐν Γηρυτάδῃ Ἀριστοφάνους.* et brevius Photius p. 15 1: *Ἕρμα· ὕφαλος πέτρα, Ἀντιφῶν καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἀριστοφάνης.* Suidas denique *Ἑρμαῖος· ὕφαλος πέτρα. Ἀντιφῶν καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἀριστοφάνης. Ἕρμα* recte Valesius restituit, vid. ad Anacreont. Fr. XXXVI. vulgo *ἑρμάς*, quod etsi ferri posset, tamen inusitatum est, eoque ducit Suidae illud *ἑρμαῖος*. at tolerari prorsus nequit, quod codd. Harpocrat. et Photius praebent *ἑρμάν*, etsi probavit Dindorfius.

XXVII. XXVIII.

Pollux VII 149: *Τὰ δὲ καρπεῖα Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ εἶπε.* — Idem IV 181: *Εἴποις δ' ἂν καὶ δεσμὰ καὶ κατάπλασμα ἐν Γηρυτάδῃ.* Utrumque igitur videtur poeta usurpasse.

XXIX.

Antiatticista Bekkeri I p. 107 31: *Μέτοχος· Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ.*

XXX. XXXI.

Pollux VII 117: *Οἰκοδόμος· Ἀριστοφάνης γὰρ ἐν Γηρυτάδῃ εἴρηκε τοὺς οἰκοδόμους.* Videntur enim Atticistae improbasse. Cfr. Antiatticista Bekkeri I p. 110 19: *Οἰκοδομεῖν· Πλάτων Πολιτείαις. Οἰκοδομίαν· Θουκυδίδης ἑβδόμῳ. Οἰκοδόμησις· Θουκυδίδης ἑβδόμῳ.* — Idem X 170: *Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ περίθετον.* Sed verum vi-

detur, quod cod. Falkenb. praebet: *περίθεσιν*. Fieri potest ut Agathonem coma subditia ornatum induxerit, cuius mollitiem risit in hac fabula, vid. Fr. XX: simile in ipsa dissimilitudine est quod dicit idem ille Agatho in Thesmophoriaz. v. 258: *Ἠδὶ μὲν οὖν Κεφαλὴ περίθετος ἣν ἐγὼ νύκτωρ φέρω.*

XXXII.

Athenaeus VII p. 321 A: *Σκόμβρος. Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ.*

XXXIII. XXXIV.

Pollux VII 7: *Καὶ ὁμότεχνοι δὲ καὶ σύντεχνοι. Ἀριστοφάνης γὰρ ἐν Γηρυτάδῃ τούτῳ κέχρηται.* — Idem X 169: *Ἐν δὲ τῷ Γηρυτάδῃ ὁ Ἀριστοφάνης λέγει Φορμῷ σχοινίνῳ.* adde VII 175: *Καὶ φορμὸν δὲ σχοίνινον ὁ αὐτὸς λέγει.*

ΔΑΙΔΑΛΟΣ.

De tempore, quo haec comoedia docta sit, nihil plane compertum habeo: inter posteriores tamen referenda esse videtur. Iam vero Clemens Alex. Strom. VI p. 753 arguit summam similitudinem inter hanc et cognominem fabulam Platonis intercessisse, *Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται.* Cfr. qui de comicorum furtis satis multa memoriae prodidit, Eusebium in Praepar. Evang. X 2. Illud quidem Clemens non distincte exposuit, uter utrum poetam sit imitatus, verum qui utriusque poetae ingenium recte cognoverit, non dubitabit, quin, si qua fraus fuit in illa similitudine, ea in Platonem magis, quam in Aristophanem cadat. Veri autem simile est Aristophanem notavisse Platonem hoc ipso nomine, quemadmodum in Parabasi Anagyri Fr. XVIII. reprehendit nescio quem poetam comicum, qui sua sibi surripuerit:

Ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν.

et in Nubibus v. 553 Eupolin ob id ipsum graviter reprehendit:

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν
ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς.

neque sane negari potest inter Equites et Maricam maximam similitudinem intercessisse, quantum quidem ex reliquiis Eupolideae comoediae colligi potest. Et Platonem inter atque Aristophanem iam diu invidiam fuisse aliquam ostendit illud quod schol. Platonis dicit p. 931 ed. Bekk.: *κωμῳδεῖται (ὁ Ἀριστοφάνης) ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα, Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλάτων Νίκαις.* Et fuit cum Platonem Aristophanis calumniis et criminationibus respondisse crederem in Paedario:

Εἰ μὲν μὴ λίαν (ὑπὸ τοῦδ') ἀνδρὸς ἠναγκαζόμην
στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' ἐπῶν.

Sed haec, utut incerta coniectura est, certe adversus aemulum poetam iactata sunt. Illud quidem certum videtur, Platonis et Aristophanis Daedalos non solum in eodem argumento versatos fuisse, sed etiam ut fieri solet in verborum sententiarumque conformatione magnam aequabilitatem prae se tulisse: argumento est Fragm. V. Ante utrumque autem simillimam imaginem exhibuerat Cratinus in Nemesi, dispari ille quidem, ut par est, ratione usus. Exhibuit autem Aristophanes in hac comoedia, ut docui in Commentat. p. 398 Iovem Daedali ope usum, varias formas inducentem Ledamque corrumpentem.

I.

Εἰ δή τις ὑμῶν εἶδεν Εὐρύβατον Δία.

Suidas v. *Εὐρύβατος* — *Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ ὑποθέμενος τὸν Δία εἰς πολλὰ ἑαυτὸν μεταβάλλοντα καὶ πλουτοῦντα καὶ πανουργοῦντα.* Satis festive igitur comicus poeta Iovem omni divino honore ac dignitate exutum induxit tanquam hominem fraudulentissimum, quasi Eurybatum quendam vel Phrynondam: eandemque rationem sine dubio etiam Plato secutus est, qui in illa

quoque fabula, quae *Ζεὺς κακούμενος* inscribitur, Iovis nomini nequaquam videtur pepercisse. Ceterum huc spectat schol. Luciani Alex. c. 4 e cod. Vindob.: *Ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος, πρὸς δὲ καὶ προδότης εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Δημοσθένῃ τῷ ῥήτορι.*

II.

Hesychius: *Δαιδάλεια· Ἀριστοφάνης τὸν ἀπὸ Δαιδάλου κατασκευασθέντα ἀνδριάντα. ὡς διὰ τὸ ἀποδιδράσκειν δεδεμένον.* Daedaleae artis monumenta tam artificiose elaborata esse credebantur, ut quasi vivere viderentur, vid. Euripid. Hecub. 821, ibique schol. Daedali autem memoria quomodo cum Iovis furtis et fraudibus composita sit, facile intelligis, si recordaris antiquae illius famae de Pasiphae et tauro, quae comicos poetas ad consimile figmentum facile adduxit.

III.

Πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνός γέ του τρόπου
ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐσκευασμένος.

Athenaeus IX p. 367 D: *Παροψὶς — ἐπὶ μὲν γὰρ ὄψου παρεσκευασμένου ποικίλου καὶ εἴδους τινὸς τοιούτου — Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· Πάσαις γ. κτλ.* Repetit infra p. 368 C *τρόπου* codd. ut videtur omnes omittunt, legitur in ed. VL. Dicuntur haec de Leda.

IV. V.

Ὠιὸν μέγιστον τέτοκεν, ὡς ἀλεκτρυών.
Ἓν ἴστε· πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων βίᾳ
ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις.

Athenaeus IX p. 374 C: *καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· Ὠιὸν κτλ. — καὶ πάλιν· Πολλαὶ κτλ.* nisi quod PVL exhibent inverso ordine *ὑπηνέμια βίᾳ*. Eustathius p. 1479 28 omisso poetae nomine *πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων ὑπηνέμια τίκτουσιν*. Secundum fragmentum auctius servavit Photius

p. 624 28: Ὑπηνέμια λέγουσιν ὡς ἡμεῖς· Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· ἐνιότε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων βίᾳ Ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις. Πλάτων δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν Θεαιτήτῳ ἀνεμιαῖα καὶ Μένανδρος Δακτυλίῳ· Ἀνεμιαῖον ἐγένετο. Similia Suidas, nisi quod πολλοὶ legitur. Ἐνίοτε autem cum πολλάκις πολλαὶ coniunctum vix ferri potest, recteque Porsonus ἐ'ν ἴστε correxit. At iisdem his versibus usus est etiam Plato in cognomine fabula, vid. scholiasta Nubb. 659: Οὐκ ἂν ἄλλως λέγοιτο τοῦτο, εἰ μὴ ἐν ἔθει τότε καὶ τὴν θήλειαν ἀλεκτρυόνα λέγειν. σαφὲς δὲ γίνεται ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ — καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ· Ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων (βίᾳ)· Ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις. Καί· Ὁ δὲ παῖς ὅδ' ἔνδον τὰς ἀλεκτρυόνας σοβεῖ. βίᾳ in scholiis deest, legiturque vulgo ὑπήνεμα. Confirmant autem haec plane id, quod prodidit Clemens, multa utrique comoediae esse communia, et fortasse etiam tertius ille versus:

Ὁ δὲ παῖς ὅδ' ἔνδον τὰς ἀλεκτρυόνας σοβεῖ

in Aristophanis Daedalo legebatur. Iniuria autem Dindorfius Clementis fidem elevare conatur, qui parum circumspecte contendit Aristophanis scholiastam errore quodam Platonis nomen scripsisse pro Aristophanis nomine, quandoquidem Photius et Suidas Aristophanem nominent auctorem et praeterea Platonis philosophi quendam locum adiunxerint: haec ratiocinatio tum demum aliquid probabilitatis haberet, si scholiasta et illi grammatici de eadem re disputarent, ita ut ex communi fonte haec petivisse videri possent. At vero prorsus diverso consilio utuntur auctoritate Daedali comoediae: nam Photius et qui illum ut solet sequitur Suidas adscribunt hoc Aristophanis testimonium, ut probent etiam ὑπηνέμια ᾠὰ ab Atticis dici: scholiasta autem eosdem versus ex Platonis Daedalo petiit, ut ἀλεκτρυόνα etiam gallinam dici arguat. Iam vero Photium ista non petere potuisse ex scholiasta Aristophanis manifestum est, praecipue cum etiam aliorum scriptorum testimoniis utatur. Ac facile deprehendas, unde omnem illam glossam Photius descripserit: integrum enim

locum illum ex Phrynichi *προπαρασκευῇ σοφιστικῇ*, qua illum frequenter usum esse alio loco demonstrabo, desumtum arbitror: in iis sane quae Bekkerus edidit, nihil his simile legitur, at memineris ex ingenti numero librorum vix vicesimam aut tricesimam partem esse conservatam. Atque ratio orationis prorsus est Phrynichea, qui in illo opere saepius atticistarum severa praecepta correxit, quemadmodum fecit in Bekkeri Anecd. I p. 47 19; *Κέραμον, ὡς ἡμεῖς, τὸν ἐπὶ τοῦ στέγους.* sic hoc loco *Ὑπηνέμια, λέγουσιν ὡς ἡμεῖς.* nam Atticistae hanc vocem improbabant, vid. Moeris p. 73: *Ἀνεμιαῖον· Ἀττικῶς. ὑπηνέμιον, Ἑλληνικῶς* Similiter Thomas M. p. 68: *Ἀνεμιαῖον· οὐχ ὑπηνέμιον.* Hoc ab atticistarum dubitatione ut liberaret, Phrynichus Aristophanis auctoritate, quam quidem ille fecit plurimi, usus, deinde usum vocabuli *ἀνεμιαῖον* exemplis illustrat, uno Platonis (e Theaeteto p. 151 E) altero Menandri; quibus tertium addi potest ex Ararote apud Antiattic. Bekk. Anecd. I p. 81 32: *Ἀνεμιαῖον ᾠόν. Πλάτων Θεαιτήτῳ, Ἀραρὼς Καινεῖ.*

VI. VII. VIII.

Καὶ ταῦτ' ἔχοντα πουλύπους καὶ σηπίας
Τὸν πουλύπουν μοὔθηκε.
Πληγαὶ λέγονται πουλύπου πιλουμένου.

Athenaeus VII p. 316 B: *τὸ δὲ πώλυπον λέγειν Αἰολικόν· Ἀττικοὶ γὰρ πουλύπουν λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· ταῦθ' ἔχοντα πουλ. κτλ. καὶ πάλιν τὸν πουλύπουν μοι ἔθηκε καὶ πάλιν πληγαὶ κτλ.* Versum 1 emendatiorem exhibet Athenaeus VII p. 323 E: *Σηπία· Ἀριστοφάνης Δαναΐσι* (cod. *Δαναοῖσιν*)*· Καὶ ταῦτ' ἔχοντα σηπίας καὶ πουλύπους*, ita ut sane Danaidum nomen corruptum esse videatur, nisi forte statuendum, Aristophanem in utraque comoedia eundem repetiisse versum, quod nequaquam a verisimilitudine abhorret, vid. ad Aeolosicon Fr. VII. Vs. 2 *μοὔθηκε* scripsi, nisi forte praestat *τ. π. παρέθηκε.*

— Vs. 3 *λέγονται* displicet, nisi comparatio aliqua fuit, *ὥσπερεὶ πληγαὶ λέγ. κτλ.* Conferas praeterea Grammat. Hermanni p. 322. Sunt autem haec referenda ad solennitatem, quae ubi Leda pueros peperit, ad modum Amphidromiorum instituta est, vid. Commentat. p. 398 sqq.

IX.

Ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν
ἐλᾶν ἀνεκάς, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.

Erotianus p. 50: *Ἀνεκάς· ἀντὶ τοῦ ἀνωτάτω· σύγκειται γὰρ ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ ἑκάς, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ φησίν· Ὁ μηχανοποιὸς κτλ.* Vs. 2 legebatur *ἐᾶν κἀνεκάς*, prius ego correxi, vid. Commentat. p. 397, alterum Brunckius. Comparavi cum his Pac. v. 174: *Ὦ μηχανοποιέ, πρόσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ. Ἤδη στροφεῖ τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν· Κεἰ μὴ φυλάξεις, χορτάσω τὸν κάνθαρον.*

X.

Περὶ τοῦ γὰρ ὑμῖν ὁ πόλεμος
νῦν ἐστι; περὶ ὄνου σκιᾶς.

Photius p. 338 15 et Suidas v. *Ὄνου σκιά — Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· Περὶ τοῦ κτλ.* Suidas *νῦν ὑμῖν ἔστιν.* Dindorfius duos colloqui credit, imo qui interrogat, idem etiam respondet.

XI.

Pollux VII 117: *τὸ δὲ ἀρχιτεκτονεῖν Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Δαιδάλῳ.*

XII.

Hesychius: *Δορυφόνον· τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ.*

XIII.

Phrynichus p. 427 ed. Lobeck: *Κάκκαβον· διὰ τοῦ η κακκάβην λέγε, τὸ γὰρ διὰ τοῦ ο ἀμαθές· καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η.*

XVI.

Pollux VII 100: *Κογχυλίας λίθος ἐν Ἀριστοφάνους Δαιδάλῳ.*

ΔΑΙΤΑΛΕΙΣ.

Daetalenses primam Aristophanis comoediam fuisse ipse docet poeta in Nubibus v. 524:

Ἐξ ὅτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν,
ὁ σώφρων τε χὠ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην,
κἀγώ, παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν, κοὐκ ἐξῆν πω μοι τεκεῖν,
ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο.
ὑμεῖς δ' ἐξεθρέψατε γενναίως κἀπαιδεύσατε,
ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῖν γνώμης ἔσθ' ὅρκια.
νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἥδ' ἡ κωμῳδία
ζητοῦσ' ἦλθ', ἤν που 'πιτύχῃ θεαταῖς οὕτω σοφοῖς.
γνώσεται γάρ, ἤνπερ ἴδῃ τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον.

Quae poeta significavit tantum, quippe quae notissima essent omnibus Atheniensibus, explanant scholiastae, qui Daetalenses hoc drama esse docent: *πρῶτον δρᾶμα γράψας ἐξέθηκεν ὁ ποιητὴς τοὺς Δαιταλεῖς, ἐν ᾧ σῶφρον μειράκιον εἰσάγει καὶ ἕτερον ἄχρηστον· εὐδοκίμησε δὲ σφόδρα ἐν τούτῳ τῷ δράματι.* Secundum locum obtinuisse poetam idem scholiasta addit: *ἄριστ' ἠκουσάτην]· ἀντὶ τοῦ εὐδοκίμησεν, ἐπεὶ δεύτερος ἐκρίθη ἐν τούτῳ τῷ δράματι.* Neque vero ipse Aristophanes docuit fabulam, sed alii commisit, id quod versus isti arguunt, de qua quidem re parum dilucide scholiasta: *παῖς δ' ἑτέρα]· Φιλωνίδης καὶ Καλλίστρατος· οὐ δι' ἑαυτοῦ ἐδίδαξε τοὺς Δαιταλεῖς, πρῶτον αὐτοῦ δρᾶμα*, et similia alii a eundem locum dictitant. Accuratius vero grammaticus ille de comoedia p. XXIX: *Ἐδίδαξε δὲ πρῶτον ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου.* Itaque hoc quidem constat Aristophanem praetore Diotimo Olymp. LXXXVIII 1 per Callistratum Daetalenses exhibuisse, eamque comoediam secundo praemio ornatam esse. Quaeri-

tur autem qua solennitate haec fabula acta sit. Et Rankius quidem p. CCCXIX. Lenaeis doctam esse censet, sed iis usus argumentis, quae nihil probant. Fritzschius, qui de hac fabula singularem edidit commentationem Lips. 1831, p. 9 ad idem festum refert, nisus maxime hoc documento, quod poeta in Acharnensibus dicit v. 1140:

Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος τὸν μελέων ποιητήν,
ὡς μὲν ἁπλῷ λόγῳ κακῶς ἐξολέσειεν ὁ Ζεύς,
ὅς γ' ἐμὲ τὸν τλήμονα Λήναια χορηγῶν ἀπέκλεισ' ἄδειπνον.

quae vix ad aliam fabulam, quam ad Daetalenses possunt pertinere: itaque si haec satis vera et recta ratione conclusa sunt, Antimachus choro sumtum suppeditavit.

Ipsum fabulae nomen rem, quae illic est acta, quodam certe modo illustrat, de quo Suidas haec dicit: *Δαιταλεῖς· δαιτυμόνες καὶ θιασῶται καὶ συμπόται καὶ οἷον συνδαιταλεῖς, οὕτως Ἀριστοφάνης. Ἐπιδείπνιον βασιλεὺς θεὰν τοῖς δαιταλεῦσιν ὥσπερ ἀξιόλογον χαριζόμενος τοῦτ' ἐδείκνυεν*, quae mirum est, quod Dindorfius neglexerit, recte enim Rankius existimavit ex ipsa hac comoedia petita esse. Adde Etymol. M. p. 251 40 et Zonaram p. 464 5: *Δαιταλεῖς, ὁ εὐωχητής, ἀφ' οὗ δρᾶμα Ἀριστοφάνους ὠνόμασται Δαιταλεῖς κτλ.* et ibidem alia interpretatio exstat, separanda a reliquis, quae pertinet ad illum Aristophanis locum: *Δαιταλεῦσι, δαιτυμόσι, θιασώταις ἢ συμπόταις. καὶ συνδαιταλεῖς, ἤγουν εὐωχηταί. Δαιταλεὺς ὁ ἐπὶ τὰ δεῖπνα πορευόμενος.* Memorabilis denique Orionis est locus p. 49 8: *Δαιταλεύς, δαὶς δαιτὸς δαιτεύς, καὶ μέλανός, μελανεύς, λέοντος, λεοντεύς, καὶ πλεονασμῷ τῆς αλ δαιτεὺς δαιταλεύς, καὶ Δαιταλεῖς δρᾶμα Ἀριστοφάνους, ἐπειδὴ ἐν ἱερῷ Ἡρακλέους δειπνοῦντες καὶ ἀναστάντες χοροὶ ἐγένοντο.* Similiter interpretantur hanc vocem Pollux VI 12. Eustath. p. 1424 23. Hesychius v. *Δαιταλεύς*, alii. Hoc autem ex his grammaticorum locis apparet hanc comoediam nomen accepisse a choro convivarum, qui in fano Herculis epulati sint, ibique regis quoque aliquas fuisse partes: itaque *δαιταλεῖς* non possunt quivis appellari convivae, sed

qui rem aliquam sacram faciunt, epulones quasi quidam, itaque ex illis interpretationibus unice probanda est *θιασῶται*. Sed haec sola testimonia si superessent, in magna obscuritate comoedia versaretur, at commode alia adsunt, quae ista illustrant, *δαιταλεῖς* enim sunt, qui alias *παράσιτοι* antiquo more appellabantur: mos enim apud Athenienses fuit in uno quoque pago duodecim eligere viros, generis nobilitate et vitae probitate insignes, qui dicta die quovis ut videtur mense in Herculis fano epularentur, de quibus thiasotis locuples auctor est Diodorus mediae comoediae poeta apud Athenaeum VI p. 239 D, ubi parasiticae artis laudes illustrat:

Ὅτι δ' ἦν τὸ πρᾶγμ' ἔνδοξον ἀεὶ καὶ καλὸν
ἐκεῖθεν ἂν γνοίη τις ἔτι σαφέστερον.
τὸν Ἡρακλέα τιμῶσα λαμπρῶς ἡ πόλις
ἐν ἅπασι τοῖς δήμοις θυσίας ποιουμένη,
εἰς τὰς θυσίας ταύτας παρασίτους τῷ θεῷ
οὐπώποτ' ἀπεκλήρωσεν οὐδὲ παρέλαβεν
εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ κατέλεγεν
ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας ἐπιμελῶς
ἐκλεξαμένη τοὺς ἐκ δυναστῶν γεγονότας,
ἔχοντας οὐσίας, καλῶς βεβιωκότας.
εἶθ' ὕστερον τὸν Ἡρακλέα μιμούμενοι
τῶν εὐπόρων τινές, παρασίτους ἑλόμενοι
τρέφειν, παρεκάλουν οὐχὶ τοὺς χαριεστάτους κτλ.

Rex autem curabat, ut parasiti illi ex omnibus pagis secundum leges eligerentur, vid. ipsam legem apud Athen. VI p. 235 C: *Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε ἀρχόντων, ὅπως ἂν καθιστῶνται, καὶ τοὺς παρασίτους ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται κατὰ τὰ γεγραμμένα· τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν δαίνυσθαι δὲ τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὰ πάτρια κτλ.* Itaque germanis tantum Atticis licuit in istud quasi thiasotarum collegium cooptari. Regis officium in hac re fuisse ostendit etiam Themisonis quamvis obscurus satis locus ibidem p. 235 A: *Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα καὶ*

τοὺς παρασίτους οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται καὶ τοὺς γέροντας καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις. Quamquam autem aliis quoque diis parasiti eligebantur, quemadmodum Castori et Polluci, vid. Athen. p. 235 B et Acharnis in honorem Apollinis, vid. Athen. p. 234 F et p. 235 C, tamen in Herculis potissimum sacris hic mos obtinuit, vid. Athen. p. 235 A: *Κλείδημος δ' ἐν τῇ Ἀτθίδι φησί· Καὶ παράσιτοι δ' ᾑρέθησαν τῷ Ἡρακλεῖ.* et ibid. C: *ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων.* Illud vero memoratu dignum, quod in illo Herculis fano, quod in Cynosarge fuit, parasiti non ex germanis Atticis, sed ex spuriis conveniebant, vid. ibid. p. 234 E: *Ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου, λέγεται δ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως· Τὰ δ' ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. οἱ δὲ παράσιτοι ἔστων ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ τὰ πάτρια· ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν, εἰσαγέτω καὶ περὶ τούτων εἰς δικαστήριον.* Iam vero, quibus obtigit ille honor, ut parasiti eligerentur, etiam filios una secum ad coenam adducere solebant, id quod colligi potest ex Isaei orat. de Astyphili hered. § 30: *Εἰς τοίνυν τὰ ἱερὰ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς τὸν Ἀστύφιλον παῖδα ἦγε μεθ' ἑαυτοῦ ὥσπερ καὶ ἐμὲ πανταχῇ, καὶ εἰς τοὺς θιάσους τοὺς Ἡρακλέους ἐκεῖνον εἰσήγαγε, ἵνα μετέχοι τῆς κοινωνίας· αὐτοὶ δ' ὑμῖν οἱ θιασῶται μαρτυρήσουσιν.*

Iam igitur Aristophanes quoque in hac fabula exhibuit parasitos ex pago nescio quo electos (neque enim videtur certum aliquem pagum finxisse) homines nobiles et germanos Athenienses in fano aliquo Herculis epulantes: miram Fritzschi opinionem attigisse satis habeo, qui quidem censet poetam illud convivium tanquam in Cynosarge institutum finxisse, quasi spurii potius, quam germani Athenienses huius comoediae instituto convenirent. Atque ut ego quidem arbitror parasitis illis comitati erant pueri, quod satis fuisse

usitatum arguit ille Isaei locus: potestque hoc etiam alia ratione confirmari: namque duodecim in singulis pagis parasiti eligebantur, quod Diodori ille locus indicat, at vero comoediae chorus constabat ex viginti quattuor personis, et thiasotarum quidem numerum augere vix licuit poetae, sed satis commode duodecim senibus duodecim iuvenes filios adiungere potuit. Sane scholiasta Aristophanis Equitt. v. 593 contendit, si duo fuerint hemichoria, imparem fuisse numerum: *Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἡμιχόρια ἵσταντο ἤτοι ἐξ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν· ἐν τοῖς τοιούτοις χοροῖς εἰ μὲν ἐξ ἀνδρῶν εἴη καὶ γυναικῶν ὁ χορός, ἐπλεονέκτει τὸ τῶν ἀνδρῶν μέρος καὶ ἦσαν ιγ΄, αἱ δὲ γυναῖκες ἕνδεκα, εἰ δὲ παίδων εἴη καὶ γυναικῶν, αἱ μὲν γυναῖκες ιγ΄ ἦσαν, οἱ δὲ παῖδες ια΄. εἰ δὲ πρεσβυτῶν καὶ νεῶν, τοὺς πρεσβύτας πλεονεκτεῖν δεῖν φασίν.* At ista an firmo aliquo fundamento nitantur, nescio: mihi quidem multo videtur probabilius in hac fabula senum et puerorum numerum aequalem fuisse. Convivio igitur finito, quae prima fuit comoediae pars, iidem qui epulati erant, tanquam chorus in orchestram prodibant, id quod satis docet Orion p. 49 10: *καὶ Δαιταλεῖς δρᾶμα Ἀριστοφάνους, ἐπειδὴ ἐν ἱερῷ Ἡρακλέους δειπνοῦντες καὶ ἀναστάντες χοροὶ ἐγένοντο.* quod non opus est corrigi, quemadmodum Dindorfius voluit: *χορὸς ἐγίγνετο*, nam indicio est hic ipse locus bifariam divisum fuisse chorum, adde Fr. XVI v. 3. At quid deinde sit factum commode illustrat locus Etymol. M. p. 286 19: *Δρᾶμα, ποίημα, πρᾶγμα — λέγεται δὲ δράματα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν θεατρικῶν μιμηλῶς γινόμενα, ὡς ἐν ὑποκρίσει, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, ἐπειδὴ ἐν ἱερῷ Ἡρακλέους ἐγίνοντο χορός.* Obscurus sane locus, neque satis integer, illud tamen apparet ad Daetalenses eum esse referendum: et recte quidem Rankius animadvertit huc pertinere illud ipsum fragmentum, quod Suidas v. *Δαιταλεῖς* affert, recteque restituit ibi: *τοῖς δαιταλεῦσιν — χαριζόμενος τὸ δρᾶμα τοῦτ᾽ ἐδείκνυεν.* Itaque certum est, poetam ita instituisse, ut epulis finitis quasi drama quoddam curante rege sacrorum in scena exhiberetur: in ipsa igitur fabula quasi

nova comoedia agebatur, ipsique histriones proprio munere fungebantur nec dissimulabant artem, hoc enim est, quod recte exponit grammaticus: *τὰ ὑπὸ τῶν θεατρικῶν μιμηλῶς γινόμενα, ὡς ἐν ὑποκρίσει.* Eadem fuit ratio duarum aliarum Aristophanis comoediarum, quae inde etiam nomen traxerunt, *Δράματα ἢ Κένταυρος* et *Δράματα ἢ Νίοβος*. Vocabatur autem eiusmodi spectaculum proprio nomine *ἐπεισόδιον*, quod procul remotum a comoediae consilio et instituto inserebatur, ludicrum illud quidem maxima ex parte et ridiculum: dixit accuratius de eo Meineke ad Metagenis *Φιλοθύτην* Fr. I:

Κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον, ὡς ἂν
καιναῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

Ac possumus coniectura assequi, quale fuerit illud spectaculum: in Pacis enim parabasi dixit v. 739:

Πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνθρώπων κατέπαυσεν
εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεὶ καὶ τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας,
τούς θ' Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους
ἐξήλασ' ἀτιμώσας πρῶτος καὶ τοὺς δούλους παρέλυσεν
οὓς ἐξῆγον κλάοντας ἀεὶ καὶ τούτους οὕνεκα τουδί,
ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγὰς εἶτ' ἀνέροιτο,
ὦ κακόδαιμον, τί τὸ δέρμ' ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι
εἰς τὰς πλευρὰς πολλῇ στρατιᾷ κἀδενδροτόμησε τὸ νῶτον.
Τοιαῦτ' ἀφελὼν κακὰ καὶ φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ
ἐποίησε τέχνην μεγάλην ὑμῖν κτλ.

Contendit igitur poeta se, cum primum fabulas docuerit, aemulos poetas graviter vexasse, qui semper secuti antiquae illius et subrusticae comoediae consuetudinem servos vapulantes et abiecta quaedam et frigida dicteria dicentes, aut Herculem aliquem esurientem induxerint, ut his spectaculis propositis populi risum excitarent. At quid aptius et commodius potuit

Aristophanis consilio esse, quam si eiusmodi ludicrum et abiectum spectaculum, auctum etiam et exaggeratum in medium proferret, ut facile et spectantes et illi poetae cognoscerent, quam pravam rationem sint secuti. At ista tamen consuetudo tam altas egerat radices tamque cum ipsius comoediae natura coaluit, ut vestigia quaedam etiam in ipsius Aristophanis fabulis deprehendi possint. Iam vero id, quod poeta iactat se praestitisse, non pertinet ad Babylonios, de quorum consilio ipse satis dilucide exponit, aut ad aliam ex antiquioribus fabulis, sed ad Daetalenses. Eodemque refero schol. ad Vesp. v. 60: *Οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος) ἐν τοῖς πρὸ τούτου δεδιδαγμένοις δράμασιν εἰς τὴν Ἡρακλέους ἀπληστίαν πολλὰ προείρηται.* Atque satis aptum fuit in Herculis sacris, in Herculis fano, de Hercule spectaculum epulonibus illis proponere.

Iam illud episodium sequebatur ea pars fabulae, quae potissimum institutum et consilium totius fabulae illustrabat. Namque poeta ut ostenderet, quantum Athenienses iam ab antiqua ista disciplinae severitate descivissent, induxit senem aliquem, virum probum et procul ab urbis deliciis rure vitam transigentem, qui ex duobus filiis unum antiquo ipse more educavit, alterum in urbem miserat erudiendum: qui cum ad patrem reversus esset eo ipso die, quo in Herculis fano epulones illi, quibus interfuit pater, convivium agebant, pater explorabat, quo pacto ille esset moratus et quibus disciplinis eruditus: rediit enim filius ille ad patrem omnibus novitiae disciplinae imbutus vitiis: itaque gravissima rixa atque expostulatio inter patrem filiumque exorta. Spectant huc Fr. XV. XVI. al.

I.

Καὶ δελφακίων ἁπαλῶν κωλαῖ καὶ χναυμάτια πτερόεντα.

Athenaeus IX p. 368 E: *Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Καὶ δελφ. κτλ. Πτερόεντα χναυμάτια* non possunt aviculae delicatius apparatae esse, sed ut mihi quidem videtur, *περι-*

κόμματα tenera, delicata, exquisita, quo modo *χναυμάτιον* dici solet, vid. Teleclid. Amphict. I 14.

II.

Ἐγὼ δ' ἰὼν
πέψω πλακοῦντ' ἐς ἑσπέραν χαρίσιον.

Athenaeus XIV p. 646 B: *χαρίσιος· τούτου μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν· Ἐγὼ δὲ νῶν πέμψω πλακοῦντ' ἑσπέραν* (cod. Ven. *πλακοῦντες περαν*) *χαρίσιον.* Ultima emendavit Bentleius ad Callimach. Fr. p. 513, *ἐγὼ δ' ἰὼν* Dindorfius, *πέψω* Fritzschius restituit, qui recte componit Eubuli versus apud Athen. XV p. 668 D: *Καὶ γὰρ πάλαι πέττει τὰ νικητήρια*, et: *Ἐξεπήδησ' ἀρτίως πέττουσα τὸν χαρίσιον.* Alterum versum Suidas v. *Ἀνάστατοι* ita exhibet: *πέμψω πλακοῦντας ἑσπέρας χαρισίους*, et satis corrupte v. *χαρίσιον· Πέμψω παλλακαῖς ἑσπέρας χαρισίους.* Ceterum dubito an haec ad cottabi ludum sint referenda, ut visum est Fritzschio.

III.

Φέρ' ἴδω, τί σοι δῶ τῶν μύρων; ψάγδαν φιλεῖς;

Athenaeus XV p. 690 E: *Ψάγδης* (*μέμνηται*) *Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν· Φέρ' ἴδω κτλ.* et infra p. 691 C: *Τῆς δὲ λεγομένης σάγδας* (*μέμνηται*) — *Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν.* videtur igitur in illo loco lectio variavisse.

IV. V.

Τῆς μυρηρᾶς ληκύθου
πρὶν κατελάσαι τὴν σπαθίδα, γεύσασθαι μύρου.

Pollux X 119: *Εἴρηται δ' ὑπ' αὐτοῦ ἐν Δαιταλεῦσι καὶ ἄγγη μυρηρά, λέγοιτο δ' ἂν καὶ λήκυθος μυρηρά· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφόρον. — καὶ τὸ μὲν εἰς τὰς ληκύθους καθιέμενον ἐπὶ γεύματι τοῦ μύρου σπαθίδα καὶ σπάθην κλητέον, Ἀριστοφάνους μὲν εἰπόντος ἐν Δαιταλεῦσι· Τῆς μυρηρᾶς ληκύθου κτλ.* Apparet igitur Aristo-

phanem etiam dixisse in eadem fabula *ἄγγη μυρηρά*, vel ut Falkenburg. alii codd. *μυροφορικά*; et fortasse etiam *μυροφορεῖον*, sic certe scribendum est pro *μυροφόρον* vel *μυροφορεῖν*, ut libri exhibent. Respicit eundem hunc locum VII 177: *μυροπωλεῖν δ' Ἀριστοφάνης ἔφη, μυροπώλιον, μύρου ἀλάβαστρον, μυρίδα, μυρηρὰ ληκυθος, ἀλαβαστροθῆκαι*, et deinde: *σπαθίδα δὲ τὴν καθιεμένην εἰς τὸ μύρον Ἀριστοφάνης ἔφη ἐν Δαιταλεῦσι*, et Photius p. 529 6: *Σπαθίδα τὴν τῶν μυρεψῶν σπάθην.* Recte autem Brunkius *κατελάσαι* scripsit, libri *κατελάσας* vel *καθελεύσας*. Sententia ista est conformata, ut in Nubibus v. 630: *Ὅστις σκαλαθύρματ' ἄττα μικρὰ μανθάνων Ταῦτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν*, et in Ranis v. 165: *ΔΙΟ Σὺ δὲ τὰ στρώματ' αὖθις λάμβανε. ΞΑ. Πρὶν καὶ καταθέσθαι.*

VI.

Ταχύ νυν ποτὸν καὶ μὴ τροπίαν οἶνον φέρε.

Photius p. 606 20: *Τροπίας οἶνος ὁ τετραμμένος καὶ ἐξεστηκώς· Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Ταχὺ νῦν πέτου κοὶ κτλ.* At vero Suidas v. *Τροπίας οἶνος ὁ τετραμμένος καὶ ἐξεστηκώς, καὶ ἐκτροπίας. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι· τάχυνον πότον καὶ μὴ κτλ.* Itaque scripsi *ποτόν*, iubet enim unus convivis vinum potabile, neque versum afferri, *ἐκτροπίας* enim *οἶνος* est *ἄποτος*, vid. Gregorius Nyssenus I p. 301: *Ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ σεσηπότων ἢ ὀμφακιζόντων τῶν βοτρύων ἀπορρυῇ ὁ οἶνος, τροπίας εὐθὺς καὶ ἄποτος γένεται.* Pertinet autem hic versus sicut ii, qui praegressi sunt, ad epulonum illud convivium.

VII.

Οὐκ, ἀλλὰ τοῦτό γ' ἐπίχυσις τοῦ χαλκίου.

Pollux X 109: *Καὶ μὴν καὶ ἐπίχυσις χαλκίου ἓν τῶν τοῦ μαγείρου σκευῶν. Ἀριστοφάνης δὲ αὐτὸ εἴρηκεν ἐν Δαιταλεῦσιν· Οὐκ ἀλλὰ ταῦτά γ' ἐπίχ. κτλ.* Scripsi *τοῦτό γε.* Respicit huc Pollux supra X 92: *τὸ δὲ ὄνομα ἡ*

ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσιν. Ita codd. optimi. Ad coquum videtur pertinere, qui epulonibus coenam parabat.

VIII.

Κἄγειν ἐκεῖθεν κακκάβην.

Athenaeus IV p. 169 C: Τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις κακκάβην εἴρηκεν — κἀν Δαιταλεῦσιν· Κἄγειν κτλ.

IX.

Ἐπιδείπνιον βασιλεὺς θέαν
τοῖς δαιταλεῦσιν, ὥσπερ ἄξιον λόγον,
χαριζόμενος τὸ δρᾶμα τοῦτ' ἐδείκνυεν.

Suidas v. Δαιταλεῖς — οὕτως Ἀριστοφάνης. ἐπιδείπνιον βασιλεὺς θέαν τοῖς δαιταλεῦσιν, ὥσπερ ἀξιόλογον χαριζόμενος τοῦτ' ἐδείκνυεν, et Zonaras I p. 464: Δαιταλεῖς — Ἀριστοφάνης· ἐπιδείπνιον θέαν τοῖς δαιταλεῦσιν ὁ βασιλεὺς χαριζόμενος. Vs. 1 sic poteris redintegrare: Ἡμῖν ἐπιδείπνιον γὰρ ὁ βασιλεὺς θέαν, et articulum quidem Zonaras exhibet. — Vs. 2 scripsi ἄξιον λόγον, *tanquam aptum et dignum argumentum*, ut est in Vespis v. 54: Φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον, et 64: ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον γνώμην ἔχων. Parum recte Rankius ἄξιον λόγου, Fritzschius, λόγων χαριζόμενος τὸ δρᾶμα. — Vs. 3 recte scripsit Rankius τὸ δρᾶμα τοῦτο.

X.

Ἢ χονδρὸν ἕψων εἶτα μυῖαν ἐμβαλὼν
ἐδίδου ῥοφεῖν ἄν.

Athenaeus III p. 127 C: Χόνδρον δὲ εἴρηκε τὸ ῥόφημα Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν οὕτως: Ἢ χόνδρον ἑψῶν (recte Dindorf. ἕψων) κτλ. Refero haec ad ludicrum illud episodium, ut de servo aliquo dicantur, qui herum ludibrio habeat.

XI.

Οὐκ αἰσχυνοῦμαι τὸν τάριχον τουτονὶ
πλύνων ἅπασιν ὅσα σύνοιδ' αὐτῷ κακά.

Athenaeus III p. 109 C: *ὁ τάριχος — Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Οὐκ αἰσχ. κτλ.* Eadem Grammaticus Hermanni p. 325 affert, ubi *πλύνων εἰπεῖν ἅπασιν* legitur, itaque Athenaei Epitome. Eustathius p. 74 2: *Ἀριστοφάνης — ὁ αὐτός· τάριχον τοῦτον πλύνω. Πλύνει* non dissimili modo dictum apud Dioclem apud Photium p. 124: *Πλύνει δὲ τὰ κακὰ τῶν κακῶν ἡμᾶς* (*κακῶς*) et in Acharnens. v. 389: *Κἀκυκλοβόρει κἄπλυνεν.* Vs. 2 *αὐτῷ.* Hermannus *αὑτῷ*, at compares Xenoph. Memorabil. II 7 1 adde Wyttenb. ad Platon. Phaed. p. 244. Videtur autem hoc quoque fragmentum ad scurrilem istam comoediam pertinere.

XII.

Τί δαί; κυνίδιον λεπτὸν ἐπρίω τῇ θεᾷ
εἰς τὰς τριόδους;

Scholiasta Theocriti II 12: *Σκύλακες διὰ τὸ σκύλακας ἐκφέρεσθαι δεῖπνα τῇ Ἑκάτῃ. Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν· τί δὲ κυνίδιον λεπρὸν λευκὸν κτλ.* Scripsit Elmsleius ad Acharn. v. 724: *Τί δαί; λεπρὸν κυνίδιον ἐπρίω τῇ θεῷ κτλ* Mihi neque *λεπρὸν* neque *λευκὸν* aptum videtur, itaque *λεπτὸν* scripsi. Ceterum hoc quoque ad ludicrum spectaculum rettulerim. Prorsus diversam rationem sequitur Fritzschius p. 30.

XIII.

Ἆισον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος.

Athenaeus XV p. 694 A: *Ἐμέμνηντο δὲ οἱ πολλοὶ καὶ τῶν Ἀττικῶν ἐκείνων σκολίων· ἅπερ καὶ αὐτὰ ἄξιόν ἐστί σοι ἀπομνημονεῦσαι διά τε τὴν ἀρχαιότητα καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων καὶ τῶν ἐπαινουμένων ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ ταύτῃ τῆς ποιητικῆς, Ἀλκαίου τε καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς Ἀριστο-*

φάνης παρίστησιν ἐν Δαιταλεῦσιν, λέγων οὕτως· *Ἀισον κτλ.* Haec pater senex, qui filium in urbe educatum antiqua illa convivalia carmina canere iubet, sed ille novitiae disciplinae assuetus ista spernit et ignorat.

XIV.

Ὦ πορνεία καὶ ἀναιδεία.

Eustathius p. 1579 30: *καὶ ἡ ἀναιδεία δέ φησι* (Aelius Dionysius) *καὶ ἡ προνοία, ὧν πάντων ἐκτείνεται μὲν ἡ τελευταία, ἡ δὲ πρὸ αὐτῆς ὀξύνεται. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Ὦ προνοία καὶ ἀναιδεία.* Corrigunt *παρανοία*, quod hoc loco parum commodum: scribendum *πορνεία*. Pertinent autem haec ad illud ipsum patris et filiorum colloquium.

XV.

A. Πρὸς ταῦτα σὺ λέξον Ὁμήρου ἐμοὶ γλώττας, τί καλοῦσι κόρυμβα;

A. Τί καλοῦσ' ἀμενηνὰ κάρηνα;

B. Ὁ μὲν οὖν σός, ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελφὸς φρασάτω, τί καλοῦσιν ἰδυίους;

B. Τί καλοῦσιν ἀποινᾶν;

Galenus Praef. Lex. Hippocr. V p. 706 ed. Bas.: *Νομίζω δέ σοι τὰ ὑπὸ Ἀριστοφάνους ἀρκέσειν τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων ὧδέ πως ἔχοντα, πρὸς ταῦτα σὺ — κόρυμβα; προβάλλει γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης τῷ ἀκολάστῳ υἱεῖ πρῶτον μὲν τὰ κόρυμβα τί ποτ' ἐστὶν ἐξηγήσασθαι, μετὰ δὲ τοῦτο, τί καλοῦσ' ἀμενηνὰ κάρηνα. Κἀκεῖνος μέντοι ἀντιπροβάλλει τῶν ἐν τοῖς Σόλωνος ἄξοσιν γλωττῶν εἰς δίκας διαφερούσας ὧδέ πως· Ὁ μὲν οὖν σὸς ἐμὸς — ἰδυίους. εἶτ' ἐφεξῆς προβάλλει τί ποτ' ἐστὶ τὸ εὖ ποιεῖν. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς ἡ γλῶττα παλαιόν ἐστιν ὄνομα τῆς συνηθείας ἐκπεπτωκός.* Vs. 1 Pollux quoque affert II 109: *Ἀλλὰ καὶ τὰς ποιητικὰς φωνὰς γλώττας ἐκάλουν, ὡς Ἀριστοφάνης· Πρὸς ταῦτα*

λέξον Ὁμήρου γλῶττα, τί καλεῖται κόρυμβος. Apud Galen. Aldina *σοι λέξον*, Iunt. *σὺ λέξων*. Codex Mosqu.: *ὅμηρε γλῶττά τι καὶ καλοῦσι κόρυβα*, Aldina: *ὅμηρε γλῶττας τινὰ καλοῦσι κόρυκα* Basileensis: *ὅμηρε γλώττῃ τινι καλοῦσι κόρυκα* Seidlerus *Ὁμηρείους γλώττας τί καλοῦσι κόρυμβα*, recte, nisi quod *Ὁμήρου ἐμοὶ* potius videtur poeta scripsisse. Respexit poeta Homer. Iliad. IX 241: *Στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα*, verbum rarum satis postea aliquoties asciverunt tragici poetae, ut Aeschylus in Persis v. 411, Euripides in Iphig. Aulid. 258. — Vs. 2 *καλοῦσ'* Seidlerus, apud Galenum *καλοῦσιν*. Respicit poeta Odyss. X 521: *Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα.* — Vs. 3 *ὁ μὲν οὖν σὸς ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελφός*, cod. Mosq. *ἐμοί*, edd. nihil variant, at non satis integra est oratio, quam depravavit potius quam correxit Fritzschius p. 42. In fine versus legebatur: *ἰδοῦσί τε· ἐφεξῆς.* Verissime Seidlerus: *τί καλοῦσιν ἰδυίους· εἶτ' ἐφεξῆς*, vid. Hesychius: *Ἰδύους. μάρτυρας· συνίστορας*, et *Ἰδυῖοι· μάρτυρες. ἢ οἱ τὰς φονικὰς δίκας κρίνοντες· οἱ δὲ συνίστορας.* In Solonis autem legibus usurpatum fuisse hoc vocabulum, ostendit etiam Photius p. 102 2: *Ἰδύους· τοὺς μάρτυρας· οὕτως Σόλων.* Adde Eustath. p. 1158 20: *Ἰστέον δέ, ὅτι ὁ ὁμηρικὸς ἵστωρ, καὶ ἰδύος ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐν διαφορουμένῃ γραφῇ· Πανσανίας γοῦν ἐν οἷς ἔγραψε κατὰ στοιχεῖον, ἐν μὲν τῷ ε̄ στοιχείῳ γράφει εἰδύοι, μάρτυρες. ἐν δὲ τῷ ῑ ἰδύους μάρτυρας, συνίστορας, δῆλον δὲ ὅτι συνίστωρ σύστοιχόν ἐστι τῷ ἵστορι. εἰ δὲ διαφορεῖ τὴν γραφὴν καὶ αὐτός, καινὸν οὐδέν· ὅτι δὲ ἰδύους καὶ Δράκων καὶ Σόλων τοῖς μάρτυράς φησιν, Αἴλιος Διονύσιος ἱστορεῖ.* Et Fritzschius quidem secutus plurimorum grammaticorum auctoritatem, *ἰδύους* scripsit, retinui tamen id quod Seidlerus suasit *ἰδυίους*, quemadmodum apud Homerum est: *ἰδυίῃσιν πραπίδεσσιν.* — Vs. 4 apud Galenum legitur *τί ποτ' ἐστὶ τὸ εὖ ποιεῖν.* Dobraeus *τί καλοῦσιν ὀπυίειν* scripsit, recte ille quidem restituit formam orationis, at vero illud ipsum *ὀπυίειν* non convenit huic loco, ubi verbum requiritur, quod abhorret a

vulgi consuetudine, quodque Solonis legibus est proprium: *ὀπυίειν* autem, etsi legebatur in istis tabulis, vid. Plut. vit. Solon c. 20 tamen et ab Homero est saepius usurpatum, ut non potuerit ignotum esse iuveni probe pudiceque educato, et ab ipso Aristophane in Acharnensibus v. 255 adhibitum, itaque *ἀποινᾶν* correxi, quod in Solonis legibus videtur usurpatum fuisse, dixi plura de hoc loco in Zimmermanni Annal. 1836 p. 81 sqq. In hoc loco autem primum pater explorabat, num filius in urbe educatus satis versatus esset in Homeri carminibus, quae apud antiquos illos summam obtinebant auctoritatem, iis vero, qui novitia disciplina imbuti erant, prope sordescebant: contra vero impudens ille iuvenis, ex fratre, qui rure adsuetus erat antiquae simplicitati, num Solonis leges legumque formulas obscuras vocabulaque recondita satis teneret: ipse enim, qui Athenis summum studium in arte dicendi collocaverat, satis versatus fuit in iure: multae autem voces erant in Solonis legibus iam Aristophanis tempore plane obsoletae et prope emortuae, ostendit hoc satis dilucide Lysias in orat. advers. Theomnest. 1 15 p. 237 ed. Bekk.

XVI.

A. *Ἀλλ' εἶ σορέλλη καὶ μύρον καὶ ταινίαι.*
B. *Ἰδού, σορέλλη τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου.*
A. *Ἡμῶν ἴσως σὺ καταπλιγήσει τῷ χορῷ.*
B. *Τὸ καταπλιγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.*
A. *Ἀποβύσεταί σοι ταῦτά πη τὰ ῥήματα.*
B. *Παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο τἀποβύσεται.*
A. *Τί ὑποτεκμαίρει καὶ κακῶς ἄνδρας λέγεις*
καλοκαγαθεῖν ἀσκοῦντας; B. Οἴμ', ὦ Θρασύμαχε,
τίς τοῦτο τῶν ξυνηγόρων τερθρεύεται;

Galenus eodem loco sic pergit: *Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν περὶ λόγους ἐχόντων ἠξίου ποιεῖν ὀνόματα καινὰ δηλοῖ μὲν καὶ ὁ Ἀντιφῶν ἱκανῶς, ὅς γε ὅπως αὐτὰ ποιη-*

τέον ἐκδιδάσκει, δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Ἀριστοφάνης ἐν ταύτῳ δράματι διὰ τῶνδε· Ἀλλ' εἰ κτλ. εἶτα ὁ πρεσβύτης ἐπισκώπτων· Ἰδοὺ κτλ. πάλιν δὲ αὐτοῦ τοῦ ἀκολάστου υἱέος εἰπόντος· Ἡμῶν κτλ. καὶ τοὖθ' υἱοῦ ὁ πρεσβύτης ἐπισκώπτων ἐρεῖ· τὸ καταπλ. κτλ. εἶτ' αὖθις ἐκείνου φάντος· Ἀποβήσεται κτλ. πάλιν ὁ πρεσβύτης καὶ τοῦτο σκώπτει. Καὶ μὴν γε ὁ υἱὸς οὐδέπω παυόμενος οὐδὲ αἰδούμενος τὸν γέροντά φησι· Τί ὑποτεκμαίρει κτλ. εἶτα ὁ πρεσβύτης· Οἴμ', ὦ Θρασύμαχε κτλ. Vs. 1 vulgo ἄλις ὀρέλη. Seidler ἄλις, σορέλλη. Elmsleius Ἀλλ' εἰ σορέλλη, nisi forte praestat Ἀλλ' ἦ σορέλλη; Ita certe Diogenianus II 58: Ἄλλη τορέλλη· σκῶμμα γερόντων, ἐκ τοῦ τοροὺς γίγνεται. Ibi enim scribendum videtur: ἀλλ' ἦ σορέλλη — ἐκ τοῦ σοροῦ γίγνεται. Ita Hesychius: Σορέλλη· σκῶμμά τι ἐπιχωριάζον εἰς τοὺς γέροντας· ἀπὸ τῆς σοροῦ, et Photius p. 528 15: Σορέλλη· σκῶμμα εἰς τοὺς γέροντας παρὰ τὴν σορόν. οὕτως Ἀριστοφάνης et Eustathius p. 1289 16: ἀφ' ἧς, (σοροῦ) καὶ σορέλλην παρὰ Ἀριστοφάνει σκῶμμα εἰς γέροντα, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ. Sed haec quidem forma improbanda, σορέλλη autem illud videtur a Lysistrato fictum esse ad similitudinem vocis τορελλῆ, quam memorat Hesychius: Τορελλῆ· ἐπιφώνημα θρηνητικὸν σὺν αὐλῷ Θρᾳκικόν, cuius vocis eadem est ratio, quae τήνελλα, aliorum. — Vs. 2 ἰδού, σορέλλη distinxi, vulgo ἰδοὺ σορέλλη· τοῦτο κτλ. Lysistratum illum callidum veteratorem, vexat etiam in Acharnensibus v. 820: Οὐδ' αὖθις αὖ σε σκώψεται Λυσίστρατός τ' ἐν τἀγορᾷ Χολαργέων ὄνειδος, Ὁ περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς, Ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεί, Πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας Τοῦ μηνὸς ἑκάστου. Eundem hominem in alia quadam fabula ut puto in Babyloniis graviter exagitavit, siquidem in Equitt. v. 1270 dicit: Τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν Ἢ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείδειν, μηδὲν ἐς Λυσίστρατον Μηδὲ Θούμαντιν τὸν ἀνέστιον αὖ λυπεῖν ἑκούσῃ καρδίᾳ; ex quo loco apparet Aristophanem aliquando diutius in Lysistrati nomine carpendo versatum fuisse, certe nec hunc Daetalen-

sium locum, nec Acharnensium vexationem potuit intelligere. Rursus eundem hominem petiit in Vespis v. 787 sqq. 1302 et 1308. unde colligas, satis celebre tunc Athenis fuisse Lysistrati nomen. — Vs. 3 legebatur: *ἡμῶν ἴσως οὐ καταπληγήσει τῷ χρόνῳ*, unde Porsonus: *ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπλαγήσει τῷ χρόνῳ.* Recte ille *σὺ* emendavit, cetera probari non possunt, incommodum est vel illud *ἦ μὴν ἴσως*. etsi probarunt editores. Neque *καταπλαγήσει* verbum usu satis tritum convenit huic loco, recte Dindorfius nuper restituit *καταπλιγήσει*, quod verbum a currentibus petitum non ineleganter huc translatum, comparatque Hesychii glossam: *Καταπληγμήσει· τὸ βῆμα καταπλῆγμα λέγουσι· τὸ οὖν καταθῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσί κατατρεχόντων οὕτως φασὶ κατακρατηθείς.* quam sic restituit: *καταπλιγήσει· τὸ βῆμα πλίγμα λέγουσι· τὸ οὖν καταπλίξασθαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατατρεχόντων οὕτως φασὶ κατακρατηθήσει.* At non perfecit emendationem versus, *ἡμῶν* satis integrum est, sed corruptum illud *χρόνῳ*, lege *χορῷ*, *noster chorus profecto te superabit*, h. e. iuvenes te senem vincemus: eoque aptius haec dicere potuit filius, quoniam, ut supra significavi, chorus bipartitus fuit, et ex senibus et ex iuvenibus compositus. — Vs. 4 *καταπληγήσει* hic quoque vett. edd. correxit Dindorfius. — Vs. 5 edd. *ἀποβήσεταί* (cod. Mosq. *ἀποθήσεται*) *σοι ταῦτα ποῖ τὰ ῥήματα*, nec offenderunt homines docti, nisi quod Elmsleius *ταῦτά ποι* scripsit: at mihi quidem illud ipsum *ἀποβήσεται*, verbum minime inusitatum in eiusmodi sententia, alienum videtur, itaque correxi *ἀποβύσεται* — *ταῦτά πη*, eodemque modo in altero versu *ἀποβίσεται* restitui: hoc enim minitabundus iuvenis dicit: *verborum flumen tibi aliqua ratione obstruetur.* quemadmodum Cratinus dixit in Pytine Fragm. VII 4: *Εἰ μὴ γάρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα.* et Aristophanes in Pluto v. 379: *Τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασιν τῶν ῥητόρων.* Et porro non prorsus dissimili ratione dixit in Pace v. 644, ubi de peregrinis loquitur, qui calumniatorum rhetorumque ma-

las artes evitare student: *Οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες ἃς ἐτύπτονθ' οἱ ξένοι, Χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐβύνουν τὸ στόμα.* — Vs. 6 edd. *ἀποβήσεται*, articulum addidit Brunkius. — Vs. 7 Seidlerus *τί δ' ὑποτεκμαίρει* scripsit. *κακῶς* recte Elmsleius, edd. *κακούς*. — Vs. 8 *καλακογαθεῖν* scripsi, ed. Basil. *καλοκαγαθεῖον*, Ald. *καλοκαγαθῶν*, Henricus Steph. *καλοκαγαθίαν* scripsit, quod non debebant homines docti probare: omnino autem frustra studuit Fritzschius p. 52 sqq. ostendere et *ὑποτεκμαίρεσθαι* et *καλοκαγαθίαν*, et *ἀσκεῖν καλοκαγαθίαν* insolenter dictum esse, in quibus nihil profecto inest, quod novitium prorsus et ab communi consuetudine abhorrere visum sit Aristophanis aequalibus: at non perspexerunt homines docti rationem huius loci, mirum sane vocabulum *σορέλλη*, ab Lysistrato ridicule fictum esse ostendit senex: insolens illud *καταπλιγήσει* a stadio ac palaestra ad oratoriam facultatem translatum, at a rhetoribus hanc translationem frequentatam esse arguit pater: rarum dicendi genus *ἀποβύειν ῥήματα*, at ab Alcibiade adhibitum esse contendit senex: nunc in extrema praesertim expostulatione novum aliquod et prorsus inauditum vocabulum, quod reliqua illa prorsus insolentia superet, exspectaveris; et profecto senex negat se unquam monstrum tale audivisse: itaque critici est indagare verbum non quod conveniat sermonis legibus, sed quod prorsus discrepet: quare *καλοκαγαθεῖν* scribendum censui: verbum sane audacter a poeta novatum, institutae tamen sententiae eximie convenit, et ut ingenue fatear, Euripides non dubitavit similia quaedam fingere vocabula, quale est *συνασοφεῖν* in Phoeniss. v. 337 et Sophocles *ἀνοσεῖν* in Allead. Fr. 109 11, quam coniecturam olim propositam etiam nunc tueor. Ceterum *ἀσκεῖν* similiter cum infinitivo coniunxit Sophocles Fr. 865: *Οἱ γὰρ γύνανδροι καὶ λέγειν ἠσκηκότες.* — Deinde *οἶμαι* edd., Cornarius *οἴμοι* Thrasymachum autem, quem hic compellat senex, Suevernius in Comment. de Nub. p. 27 intellexit Chalcedonium sophistam, quae interpretatio nullo pacto ferri potest: at praepostere Fritzschius p. 54 coniicit, hoc nomine probum

et pudicum filium a parente compellari: at primum ostendi nequit, huic rixae interfuisse alterum filium, cuius nullae omnino hic poterant esse partes: deinde falsum est, quod dicit Fritzschius, senem ex improbo filio quaerere non posse, quae is etiamsi sciat, fateri plane nolit: at non tam quaerit ex filio pater, quis auctor sit huius inusitati vocabuli, sed indignatione commotus fatetur se nescire, quis tale monstrum novaverit: denique *Thrasymachi* nomen parum convenit ingenio probi et pudici filii, at cadit optime in eum, qui novitiae disciplinae tabe infectus fuit: soletque Aristophanes ingeniis moribusque personarum, quas repraesentat, etiam nomina accommodare; qualia sunt *Δικαιόπολις*, *Τρυγαῖος*, alia. — Vs. 9 edd. *τούτων*, recte Brunkius *τοῦτο*. Idem *γηρύεται* scripsit, edd. enim *τηρεύεται* aut *τερύεται*. Fritzschius *θηρεύεται*. Scripsi *τερθρεύεται*; similiterque Dobraeus *τερατεύεται* coniecit.

XVII.

Ὅστις αὐλοῖς καὶ λύραισι κατατέτριμμαι χρώμενος
εἶτά με σκάπτειν κελεύεις;

Athenaeus IV p. 184 E: *Ἐμφανίζει δὲ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Δαιταλεῦσιν τὴν περὶ τὸ πρᾶγμα τοῦτο (τὴν αὐλητικὴν) σπουδήν, ὅταν λέγῃ· Ὅστις δ' αὐτὴν αὐλοῖς καὶ λύραις κτλ.* *αὐτὴν* abiecit Casaubonus, *δ'* Brunckius, *λύραισι* Porsonus restituit: pro *κατατέτριμμαι* autem nescio an legendum sit: *κατατέθρυμμαι*. Nam hic quoque locus depromtus est ex aliqua scena comoediae, ubi pater cum pravo filio litigatur: iuvenis enim aegre fert, quod pater ipsum, qui in urbe otiosam et mollem degerat vitam, rus abire ibique operi intentum esse iubet, namque *σκάπτειν* hoc loco propriam retinet notionem, neque comparari debebat proverbium illud, quod poeta in Avibus v. 1432 attigit: *Τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.*

XVIII.

Ἔγνωκ' ἐγὼ δὲ χαλκίον
τοῦτό γ' ἐς τὸ κοτταβεῖον ἱστάναι καὶ μυρρίνας.

Athenaeus XV p. 667 F: *Ἕτερον δ' ἐστὶν εἶδος παιδιᾶς τῆς ἐν λεκάνῃ· αὕτη δ' ὕδατος πληροῦται, ἐπινεῖ δ' ἐπ' αὐτῆς ὀξύβαφα κενά, ἐφ' ἃ βάλλοντες τὰς λάταγας ἐκ καρχησίων ἐπειρῶντο καταδύειν. ἀνῃρεῖτο δὲ τὰ κοτταβεῖα ὁ πλείω καταδύσας — Κρατῖνος ἐν Νεμέσει — τὸ δ' ἆθλον Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν· ἔγνωκ' ἐγὼ δὲ χαλκίον τοῦτ' ἐστὶ κοτταβεῖον κτλ.* Verba illa corrupta *τοῦτ' ἐστὶ κοτταβεῖον* a grammatico aliquo interpretandi gratia adscripta esse statuunt Iacobsius, alii, at tunc plane non perspicuum fieret, id quod ostendere vult Athenaeus, Aristophanem praemia cottabi commemorare; itaque *κοτταβεῖον* certe poetae est: scripsi satis facili mutatione: *τοῦτό γ' ἐς τὸ κοτταβεῖον*, ut ahenum illud dicatur praemium propositum esse.

XIX.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἔμαθε ταῦτ' ἐμοῦ πέμποντος, ἀλλὰ μᾶλλον
πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν κακῶς, Συρακοσίαν τράπεζαν,
Συβαρίτιδάς τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν.

Athenaeus XII p. 527 C: *Διαβόητοι δ' εἰσὶ περὶ τρυφὴν Σικελιῶταί τε καὶ Συρακόσιοι, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Δαιταλεῦσιν· Ἀλλ' οὐ γὰρ κτλ.* Vs. 1 libri *ἐμάθετε ταῦτ'*, quod emendavit Elmsleius. — Vs. 2 libri *συρακοσίων*, epitome *συρακοσίους*, Porsonus *συρακοσίαν* restituit, quemadmodum *συρακοσία τράπεζα* tanquam in proverbio dicebatur, vid. Hesychius et Photius p. 557 5. — Vs. 3 repetit Athenaeus XI p. 484 F: *Λάκαιναι· — Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι· Συβαρίτιδας τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν κυλίκων μέθυ ἡδέως καὶ φίλως.* at recte Dindorfius ultima illa verba tanquam subditia reiecit. Ceterum comparant Hesychii glossam: *Χῖον τὸν ἐκ Λακαίνης·*

ἐκ κύλικος Λακαίνης οἶνον. additque Fritzschius Achill. Tat. II 2: Καὶ τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον, οἷον οὐκ εἶναί πότε παρ' ἀνθρώποις οὐ τὸν μέλανα τὸν ἀνθοσμίαν, οὐ τὸν τῆς Βυβλίας ἀμπέλου, οὐ τὸν Μάρωνος τὸν Θρᾴκιον, οὐ Χῖον τὸν ἐκ Λακαίνης. Dicit autem haec pater senex, qui aegre fert, quod tam male cesserit ei consilium, qui puerum in urbem bonis artibus erudiendum miserit, depravatum autem receperit.

XX.

Καὶ λεῖος, ὥσπερ ἔγχελυς χρυσοῦς ἔχων κικίννους.

Athenaeus VII p. 299 A: *Οἱ δ' Ἀττικοί, καθὼς Τρύφων φησί, τὰς ἐνικὰς χρήσεις ἐπιστάμενοι διὰ τοῦ υ, τὰς πληθυντικὰς οὐκ ἔτι ἀκολούθως ἐπιφέρουσιν. ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐν μὲν Ἀχαρνεῦσιν — τὴν δ' εὐθεῖαν ἐν Δαιταλεῦσιν· Καὶ λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς.* Versum redintegravi ope scholiastae Theocriti XI 10: *οὐδὲ κικίννοις· τοῖς μαλλίοις, τῇ κόμῃ, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς κέχρηται· Ὥσπερ ἐγχέλεις* (cod. C *ἐγχέλυς*) *χρυσοῖς ἔχων κικίννους.* Et Aristophani haec vindicanda esse animadvertit iam Hemsterhusius. Reprehendit autem pater in filio, quod levem genam et capillos artificiosius compositos gerat, quemadmodum est in Vespis v. 1066: *Ὡς ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω Γῆρας εἶναι κρεῖττον ἢ πολλῶν κικίννους νεανιῶν καὶ σχῆμα κεὐρυπρωκτίαν.*

XXI.

Εἰ μὴ δικῶν τε γύργαθος ψηφισμάτων τε θωμός.

Pollux X 158: *Προσθετέον δὲ τούτοις — ἔτι δὲ καὶ γύργαθον καὶ θωμόν, Ἀριστοφάνους ἐν Δαιταλεῦσιν εἰπόντος· Εἰ μὴ δικῶν κτλ.* Adde VII 176: *Καὶ γυργάθους δὲ πλέκειν ἔλεγον· ὁ δὲ γύργαθος ὠνόμασται ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους.* Athenaeus I p. 4 D: *γυργάθους ψηφισμάτων Ἀριστοφάνης φησίν.* A privatis malis senex transit ad publicam calamitatem, conqueritur de nimia iudicandi cupiditate deque legum novandarum studio, quo Atheniensium animi teneantur.

XXII.

Εἰς τὰς τριήρεις δεῖν ἀναλοῦν ταῦτα καὶ τὰ τείχη,
εἰς οἷ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματα.

Suidas v. *Ἀναλίσκειν καὶ ἀναλοῦν τῇ αἰτιατικῇ ἑκάτερα — Δαιταλεῦσιν Εἰς — τείχη. ἐν δὲ τῷ παρεληλυθότι καὶ διὰ τοῦ η ἀδιαφόρως· οἷον ἀνήλισκον, καὶ ἀνάλισκον. καὶ αὖθις· Εἰς οἷ' ἀνάλουν κτλ.* Alterum quoque versum Aristophani vindicandum censet Porsonus, quem recte sequitur Fritzschius p. 79, at non solum ex eadem fabula petitus est, qua alter, sed etiam cum illo arctissime cohaeret, neque enim trimeter iambicus est, sed potius tetrameter fine ille quidem orbatus: itaque non dubitavi haec coniungere. Vs. 1 legitur *δεῖ μ'*, quod quo pacto quis possit dicere, plane non intelligo, scripsi igitur *δεῖν*, vid. Hesychius *Δεῖν· δέον.* Gregorius Corinth. Att. 72: *Ἀττικὸν — δεῖν ἀντὶ τοῦ δέον*, et sic Lysias adv. Alcib. I 7 p. 285 ed. Bekker: *Δειλίας δέ, ὅτι δεῖν ἕκαστον μετὰ τῶν ὁπλιτῶν κινδυνεύειν, ὁ δ' ἱππεύειν εἵλετο.* Hoc autem conqueritur senex, quod Athenienses temere profundant opes publicas, quibus, si maiorum exempla sequi vellent, muri restituendi et naves comparandae essent, de qua consuetudine compares maxime Inscript. apud Boeckhium I n. 76 p. 117: *Ἐπειδὰν δὲ ἀποδεδόμενα ᾖ τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τείχη τοῖς περιοῦσι χρῆσθαι χρήμασιν.*

XXIII.

Ἔσειον, ᾔτουν χρήματ', ἠπείλουν, ἐσυκοφάντουν.

Photius p. 505 1 et Suidas: *Σεῖσαι· τὸ συκοφαντῆσαι. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Ἔσειον — ἐσυκοφάντουν πάλιν.* Brunkius et Porsonus *ἠπείλουν πάλιν Ἐσυκοφάντουν* scribunt. Dindorfius dubitat utrum Aristophanis sit *πάλιν* an grammatici, qui alium praeterea Aristophanis versum, exempli gratia Pac. 640 addere voluerit: ego plane delevi, ortum arbitror ex ultimis syllabis verbi *ἠπείλουν.* Haec autem senex dixit de improbis calumniatoribus, quorum magna tunc Athenis erat multitudo.

XXIV.

Harpocratio v. *Ναυτοδίκαι* — *Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Ἐθέλω βάψας πρὸς ναυτοδίκας ξένην ἐξαίφνης.* Pro *βάψας* cod. Vatic. et Vratislav. *βλάψας*, male, *βάψας* tuetur Hesychius: *Βάψας· δεύσας, πλεύσας, ἢ τὴν κώπην βάψας*, et Suidas: *βάψας· τὴν κώπην, ἢ πλεύσας, ἐλθὼν πρὸς τοὺς ναυτοδίκας, οἳ τὰ τῆς ξενίας ἐδίκαζον. ἢ ἀπὸ τῶν φαρμακοποιούντων· λέγουσι γὰρ τό· Βάψας ποιήσω μέλαν.* Aristophanis versum non emendarunt homines docti, quorum coniecturas recenset Fritzschius p. 112 sq. Illud apparet poetam de peregrinitatis aliqua causa dicere: atque videtur ita instituisse, ut improbus filius eo impudentiae progrederetur, ut patrem denique in ius vocaret eumque civitate Attica privare conaretur: simile spectaculum in Prospaltiis exhibuit Eupolis, si recte conieci, vid. Comment. p. 357. Hoc enim poeta comico dignum est, quod, novitiae disciplinae nefariam audaciam ut ostenderet, ipsum parentem a filio in ius rapi fecit. Fritzschii ratio, quam p. 121 proposuit, parum probabilis.

XXV.

Εἰ μὴ μεταλάβῃ τοὐπίπεμπτον, κλαέτω.

Harpocratio: *Ἐπίπεμπτον, Λυσίας* — *Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Εἰ μὴ κτλ.* Brunkius *ἢ μή*, quod probavit Dindorfius, Porsonus *οὐ μὴ* et sic edidit Bekkerus, fortasse ex codicibus. Respicit Photius p. 597 1 et Etym. M. p. 768 22: *τοὐπίπεμπτον· οἱ γὰρ μὴ μεταλαβόντες τὸ ε΄ μέρος τῶν ψήφων ἄτιμοι ἦσαν.* Haec pater de improbo filio, quem negat causa victurum esse: de poena, quae improbis calumniatoribus imminebat, vid. Fritzschius p. 119 sqq. et maxime Schoemann. et Meier de caus. Att. p. 734 sqq. Insignis inprimis locus est grammatici post Photium p. 677 7, quem homines docti neglexerunt: *Πρόστιμον ἔκειτο τῷ μὴ μεταλαβόντι τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ὡς Θεόφραστος ἐν πέμπτῳ περὶ νόμων· ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν ἐζη-*

μιοῦντο πρῶτον πρὸς ἀτιμίαν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι μετεγγράψασθαι παρὰ νόμον, μήτε φαίνειν, μήτε ὑφηγεῖσθαι· ἐὰν γραψάμενος μὴ ἐπεξέλθῃ, ὁμοίως. περὶ δὲ τῆς εἰσαγγελίας ἐὰν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, οἱ δικασταὶ τιμῶσιν.

XXVI.

Ὁ δ' ἡλιαστὴς εἷρπε πρὸς τὴν κιγκλίδα.

Harpocratio: *Κιγκλὶς — αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι κιγκλίδες ἐκαλοῦντο. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Ὁ δ' ἡλιαστὴς κτλ.* **Cod. A** *ὁ δηλιαστίς.* **Tres alii** *εἷς περὶ τὴν κιγκλίδα.* **Dicuntur haec de eodem illo iudicio.**

XXVII.

Τὸν Ἐρεχθέα μοι καὶ τὸν Αἰγέα κάλει.

Suidas *Αἰγέα — Αἰγέα καὶ Ἐρεχθέα καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἐκτείνεται τὸ τελευταῖον ἄλφα. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Τὸν Ἐρεχθ. κτλ.* **Eadem Zonaras p. 65 sed corrupta exhibet. Dicit haec ut videtur, senex, qui Erechthea et Aegea testes adhibet, se germanum esse civem.**

XXVIII.

Ἀπόλωλα· τίλλων τὸν λάγων ὀφθήσομαι.

Athenaeus IX p. 400 A: *τὸν λάγων ἐπὶ αἰτιατικῆς — Ἀριστοφάνης ὀξυτόνως καὶ μετὰ τοῦ ν λέγει — καὶ ἐν Δαιταλεῦσιν· Ἀπόλ. κτλ.* **Fritzschius p. 104 de coquo interpretatur, qui iussu improbi filii venenatum piscem seni parans deprehensus sit.**

XXIX.

Οὐδ' ἐστὶν αὐτῷ στλεγγὶς οὐδὲ λήκυθος.

Photius p, 387 15 et Suidas v. *Στλεγγίς· ἡ ξύστρα — ἐν Δαιταλεῦσιν· Οὐδ' ἔστιν αὔτη στλ. κτλ.* **Similia schol. Equit. 578, ubi** *οὐδὲ γὰρ αὐτῇ στλ.* **legitur, schol. Platonis p. 334 ed. Bekker:** *οὐδ' ἐστὶν αὐτοῖς,* **denique scholiasta**

ad Diog. Epistol. in Notices et Extraits X p. 226: *οὐδ' ἔστιν αὐτῇ*, nihil ex his placet, itaque scripsi *αὐτῷ*. Male Fritzschius refert p. 80 ad habitum ornatumque parasitorum, quae res aliena est ab antiqua comoedia: *αὐτῇ* ferri posset, si ostenderetur, mulieris quoque in hac fabula partes fuisse: equidem refero ad filium probum et pudicum, qui ornamenta elegantiora spernebat. *Στλεγγὶς* enim fuit ornamentum capitis in modum coronae, vel, ut rectius dicam, instrumentum illud, quo in balneis et gymnasiis ad cutem abradendam utebantur, solitum est tam eleganter exornari, ut pro ornamento haberi posset, quod quidem pueri, qui gymnasia frequentabant, gerebant, quod apte cum ampulla, quam iidem iuvenes gerebant, componi potuit: de *στλεγγίδι* vid. Boeckh. Oecon. Athen. II p. 330 et ad Corpus Inscr. vol. I p. 261. Utrumque coniunxit Diphilus apud Pollucem X 62: *στλεγγίδες, καὶ ξυστίδας δ' αὐτὰς ἄν τις εἴποι· ἔν τε γὰρ ταῖς Ἐπιχάρμου Νήσοις εὕρηται τοὔνομα καὶ Δίφιλός που ἐν Κιθαρῳδῷ ἀνδρὶ εἴρηκεν· Λήκυθον ξύστιν τ' ἔχεις.* quae sane de parasito aliquo dicta videntur, vid. Pollux IV 120: *Τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος* et Plautus in Sticho I 3 76 dixit: „Ac periuratiunculas parasiticas, Robiginosam strigilem, ampullam rubidam, Parasitum inanem", et in Persa I 3 43: „Cynicum esse gente oportet parasitum probum, Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium Marsupium habeat." Adde Cicero de Finn. IV 12: „si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat."

XXX.

Οὐδ' ἀργύρι' ἐστὶ κατακεκερματισμένα.

Pollux IX 88: *Καὶ κατακεκερματίσθαι μὲν ἐπὶ λόγου Πλάτων, ἐπὶ δὲ ἀργυρίου Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν· Οὐδ' ἀργύριόν ἐστι κεκερματισμένον.* Ita codd. ut videtur, omnes, at mirum est Pollucem de verbo composito disserentem simplicis exemplum ex Aristophane afferre. Iam vero supra VII 176 affert eundem versum: *Καὶ τὸ καταλλάττειν*

νόμισμα καὶ κερματίζειν, *Ἀριστοφάνης· Οὐδὲ ἀργύριόν ἐστι κατακεκερματισμένον*. Apparet iam pro *καὶ κερματίζειν κατακερματίζειν* scribendum esse: in Aristophanis autem versu numerum pluralem restitui, qui huic loco aptissimus est.

XXXI.

Scholiasta Equitt. 1010: *Ἐγένετο χρησμὸς Ἀθηναίοις περὶ τοῦ δήμου αὐτῶν λεγόμενος· Εὔδαιμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης Πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα. — τούτου δὲ τοῦ χρησμοῦ οὐ μόνον ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ ἐν Ὄρνισι καὶ ἐν Δαιταλεῦσι μέμνηται.* Vid. Avv. 978 et 986 et praeterea Eqq. 1086. Nobilissimum oraculum, quo Atheniensium animi mirum quantum sublati sunt, respexit Aristides in Panathen. p. 196 14: *ἀετόν τε ἐν νεφέλαις αὐτὴν ὁ θεὸς καλεῖ πρὸς τἄλλα πολίσματα*, ubi vid. schol. vol. III p. 341 ed. Dindf. Ceterum conferas cum his Sibyllae vaticinium diversum illud quidem apud Plutarch. Demosth. 19: *Τῆς ἐπὶ Θερμώδοντι μάχης ἀπάνευθε γενοίμην Αἰετὸς ἐν νεφέεσσι καὶ ἠέρι θηήσασθαι· Κλαίει ὁ νικηθείς, ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν.*

XXXII.

Phrynichus p. 91 ed. Lobek: *Ἀκεστὴς λέγουσιν οἱ παλαιοί, οὐκ ἠπητής. Ἔστι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσιν παίζοντι τὰς Ἡσιόδου ὑποθήκας·*

Καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι.

Adde Thom. Mag. p. 27. Bachmanni Anecd. II p. 385.

XXXIII.

*Ὅτε τὰς ὀὰς * * ἴσας ἐποιήσατο,*

Photius p. 313 14: *Ὀαὶ τῶν ἱματίων. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· Ὅτε τὰς κτλ.* Eustathius p. 1828 54: *ἐν δὲ ἀνωνύμῳ ῥητορικῷ λεξικῷ γράφεται καὶ ὅτι ὀξυτόνως καὶ συνεσταλμένως ὀαὶ ἱματίων· φέρει δὲ καὶ χρῆσιν τοῦ κωμικοῦ τό· Ὅτε τὰς ὀὰς ἐποιήσατο.* Post *ὀὰς* aliquid excidisse arbitror.

XXXIV.

Harpocratio *Ἀλίπεδόν τινες τὸν Πειραιᾶ φασίν· ἔστι δὲ κοινῶς τόπος, ὃς πάλαι μὲν ἦν θάλασσα, αὖθις δὲ πεδίον ἐγένετο, διὸ καὶ δασύνεται ἡ πρώτη· ἔστι γὰρ οἷον ἁλὸς πεδίον. Ἦτον ὁμαλὸν πεδίον καὶ τετριμμένον καὶ οἷον ἀληλεσμένον, ὡς Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν διὰ ψιλοῦ· ἐν ἀλιπέδῳ.* Recte Fritzschius p. 131: *ἐπ' ἀλιπέδῳ* correxit.

XXXV.

Scholiasta Vindobon. Lucian. Alexand. c. 4 ed. a Schubarto in Zimmerm. Annal. 1834 n. 141: *Ὁ Ἀριστόδημος δὲ μιαρὸς καὶ καταπύγων (εἰς) ὑπερβολήν, ἀφ' οὗ καὶ ὁ πρῶκτος Ἀριστόδημος καλεῖται· Κρατῖνος Πανόπταις — ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν.* Nescio an famosus hic Aristodemus ille sit, qui Epimenidis tempore Athenis vixit, vid. Athen. XIII p. 602 C: *Διαβόητα δ' ἐστὶ καὶ τὰ ἐπὶ Κρατίνῳ τῷ Ἀθηναίῳ γενόμενα, ὃς μειράκιον ὢν εὔμορφον, Ἐπιμενίδου καθαίροντος τὴν Ἀττικὴν ἀνθρωπείῳ αἵματι διά τινα μύση παλαιά, ὡς ἱστορεῖ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ περὶ τελετῶν, ἑκὼν αὐτὸν ἐπέδωκεν ὁ Κρατῖνος ὑπὲρ τῆς θρεψαμένης, ᾧ καὶ ἐπαπέθανεν ὁ ἐραστὴς Ἀριστόδημος, λύσιν τ' ἔλαβε τὸ δεινόν.* Sed cum tam frequens nomen sit Aristodemi, coniectura sane incerta. Illud addo Cratini piaculum repraesentatum videri in cista Praenestina, cuius exemplum exhibuit Raoul Rochette Monumens Inédits pl. 58, qui cum de Astyanacte cogitavit, a vero plane aberrat: est enim illius cistae species, ut pleraque artis Etruscae monumenta, ex Attica petita, et in una quidem parte Cratinus a sacerdote mactatus cernitur, in altera Macaria Herculis filia morti se offerens conspicitur: fontemque qui ab illa nomen accepit (vid. Strabo VIII p. 377: *Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα — ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ· καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν Τρικορύθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν.*

Cfr. Ruhnk. ad Timaeum p. 59), non neglexit scitus artifex: in tertia parte dii averrunci Demeter, Apollo et Diana exhibentur.

XXXVI.

Grammaticus Bekkeri Anecd. I p. 427 3: *Ἀποβροχθίσαι. τὸ καταπιεῖν, ὡς ἡμεῖς, Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν ἐχρήσατο.*

XXXVII. XXXVIII. XXXIX.

Pollux X 172: *Θυλακίσκον, ὡς ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνης.* — Idem X 32: *Ἡ κλινάριον, ὡς ἐν Δαιταλεῦσιν·* adde Antiatt. Bekk. Anecd. I p. 104 28: *Κλινάρια, οὐ μόνον κλινίδια· Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν.* — Idem VII 153: *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δαιταλεῦσιν καὶ λυρωνίαν που λέγει.*

XL. XLI.

Photius p. 291 16: *Νεβλάρεται· περαίνει· ἄσημος φωνὴ ἐπὶ τοῦ περαίνειν.* Fritzschius p. 27: *νεβλαρετό*, ut *Θρετταναλό*. Nihil mutandum videtur in eiusmodi vocibus, cfr. Photius p. 483 20: *Ῥάττει· ἐπιφώνημα χαιρόντων καὶ ὑπορχουμένουν.* Ceterum Hesychius: *Νεβλάραι. περαίνειν* exhibet. — Idem p: 350 10: *Ὄρτυγας· συστέλλοντες οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι τὸ ῡ· καὶ τὸν ὀρτυγοκόπον βραχέως· δηλοῖ Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν.* Utrum dixerit poeta, discerni nequit.

XLII.

Suidas: *Ῥαγδαίους. — ἔστι τὸ ὄνομα — καὶ ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους.*

XLIII.

Athenaeus IV p. 183 E: *Μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου — Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν.*

XLIV.

Pollux VII 168: *Τῷ δὲ λοῦσθαι καὶ τὸ ψυχρολουτρεῖν ἂν προσήκοι, εἰρημένου τοῦ ἐψυχρολουτρήσαμεν ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους.* Wyttenbachius ad Plutarch. VI p. 416 *ἐψυχρολουτήσαμεν* corrigit.

XLV.

Scholiasta Acharn. 271: ὡρικὴν ὑληφόρον] ἀντὶ τοῦ ὡραίαν καὶ ἀκμαίαν — ὡρικὸν δὲ μειράκιον καὶ κόρη, ὡς ἐν Δαιταλεῦσιν αὐτός. Dobraeus coniecit ὡρικὸν δὲ μειράκιον καὶ ὡρικῶς ἐν Δ. fortasse recte.

XLVI.

Harpocratio: Θῆτες· — ὅτε δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο εἴρηκε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν.

XLVII.

Scholiasta Vespar. 819: Εἶχον δὲ καὶ οἱ ἥρωες πανοπλίαν· καὶ δῆλον ἐκ τῶν Δαιταλέων.

ΔΑΝΑΙΔΕΣ.

Danaum filiasque Aegypti saevitiam fugientes et Argivam terram appellentes Aristophanem in hac comoedia exhibuisse arguunt reliquiae, vid. Fr. II. III. Sed neque de instituto poetae neque vero de tempore, quo fabula sit docta, quidquam coniectura assequi potui. Illud vero apparet Aristophanem scenicam artem, quae fuit antiquitus, composuisse cum ea specie, quae sua viguit aetate, severeque de tragicorum poetarum laudibus indicavisse.

I.

Καὶ τὸν κυλλάστιν φθέγγου καὶ τὸν Πετόσιριν.

Athenaeus III p. 114 C: *Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλάστιν καλοῦσι· μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσιν· Καὶ τὸν κτλ.* Danaus pater, quem comicus fingit poeta fortasse hoc verbo filias monet, ut Aegyptias sese simulent et sermoni Aegyptia quaedam vocabula inserant. *Petosiris* Aegyptius mathematicus fuit, vid. Iuvenalis VI 580: Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi

quam dederit Petosiris. Adde Plinium H. N. VII 49. Suidas v. *Πετόσιρις· Αἰγύπτιος φιλόσοφος (ἔγραψε) — ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀστρολογούμενα, καὶ περὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις μυστηρίων.*

II.

Apollonius de pron. p. 341: *Ἕνεκα γελοίου ἡ κωμῳδία σχήματά τινα ἔπλασεν, ὥστε οὐ κριτήριον τῆς λέξεως τὸ αὐτότερος, ἐπεὶ καὶ Δαναώτατος ὑπερτίθεται παρὰ Ἀριστοφάνει, τῶν κυρίων οὐ συγκρινομένων.* Vix in alia qua fabula potuit Aristophanes hoc verbo uti, itaque huc rettuli.

III.

Scholiasta Pluti v. 210: *Ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως· Λυγκεύς, ὡς αὐτὸς ἐν Δαναΐσι φησίν, υἱὸς Αἰγύπτου. ἐροῦμεν δ' ἐκεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ, ἐπεὶ δοκεῖ παρ' ἱστορίαν λέγειν.* Adde Suidam: *Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις· οὗτος ἐγένετο ἀδελφὸς Ἴδα, ὡς δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσιν υἱὸς Αἰγύπτου.* Lynceus, Aegypti filius, quem servavit Hypermnestra, vid. Hygin. CLXX: „Hypermnestra Lynceum servavit, qui cum Danaus perisset primusque Abas ei nunciasset etc." Adde ibid. CCLXXIII p. 319 scripseratque Theodectes Lynceum tragoediam, vid. Aristot. Poet. c. 11 et c. 18. Videtur autem Aristophanes hunc Lynceum oculorum acie insignem exhibuisse, id quod proprie in Apharei filium cadit, itaque scholiasta: *δοκεῖ παρ' ἱστορίαν λέγειν.*

IV.

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἑρκείου χύτρας,
μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ.

Scholiasta Pac. v. 922: *Ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς καθιδρύειν ἢ ἀγάλματα θεοῦ, ἕψοντες ὄσπρια ἀπήρχοντο, τούτοις τοῖς ἀφιδρυμένοις χαριστήρια ἀπονέμοντες τῆς πρώτης διαίτης, ὡς οὗτος* (fort. *αὐτὸς*) *εἶπεν ἐν Δαναΐσιν· Μαρτύρομαι — ἱδρύνθη ποτέ.* Eadem schol. Plut. v. 1199, ubi v. 1 *ἑρκίου* et v. 2 *παρ' αἷς*, sed recte *ἱδρύθη* scribi-

tur. Suidas denique v. *χύτραις*, qui et ipse hoc versus adscripsit, *ἱδρύσθη* exhibet. Videtur autem Danaidum chorus haec loqui, cum Aegypti filiorum violentiam veritae in Iovis aram confugissent.

V.

'Αλλ' εἴσιθ', ὡς τὸ πρᾶγμ' ἐλέγξαι βούλομαι
τουτί· προσόζειν γάρ κακοῦ τοῦ μοι δοκεῖ.

Photius p. 596 1 et Suidas: *Τοῦ — ἐπὶ οὐδετέρου 'Αριστοφάνης Δαναΐσιν· 'Αλλ' εἴσιθ' κτλ.* Vs. 1 legebatur *λέξαι*, quod correxi: fortasse Lynceus loquitur, qui cum Hypermnestram uxorem esset ducturus, infortunium aliquod auguratur. — Vs. 2 Suidas male *κάκτοῦ*. Photius vero *τοῦ μή*.

VI.

Κακῶν τοσούτων συνελέγη μοι σώρακος.

Pollux X 130: *Τάχα δὲ καὶ σώρακος, εἰ καὶ παρὰ τοῖς κωμῳδοποιοῖς οὕτως ὠνομάσθη τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν. 'Αριστοφάνης δὲ ἐν Δαναΐσιν ἔφη· Κακῶν κτλ.* Ita dixisse videtur Aristophanes, ut tragicos rideret poetas, qui plurima mala in unum aliquem congerere student.

VII.

(Καὶ) δακτύλιον χαλκοῦν φέρων ἀπείρονα.

Scholiasta Homeri Iliad. Ξ 200: *'Αριστοφάνης Δαναΐσι· Δακτύλιον χ. φ. ἀπείρονα ἔφη. ἔστι δὲ ὁ ἀπείρων δακτύλιος καὶ ὁ ἀσυγκόλλητος καὶ πέρας μὴ δεικνὺς ἀρχήν τε καὶ τέλος. οἱ γὰρ σφενδόνας ἔχοντες, εἰς ἃς οἱ λίθοι ἐντίθενται ἢ σφραγῖδες, οὐκ εἰσὶν ἀπείρονες. οὐ γάρ ἐστιν ὁμοιομερής.* Similia leguntur apud schol. Ambros. Odyss. A 98, nisi quod *φέρειν* scribitur: adieci *καί*. Huc respicit Grammat. Bekkeri I p. 420 18: *'Απείρονα δακτύλιον· τὸν μὴ συνάπτοντα αὐτὸν ἑαυτῷ· ἐλέγετο δὲ ἀπείρων καὶ ἄπειρος παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς καὶ τὸ περιφερὲς ἁπλῶς σχῆμα.*

Nescio autem an de magico aliquo annulo sit sermo, quos commemorat ipse Aristophanes in Pluto v. 884: ubi scholiasta: *Δακτύλιον δὲ τὸν λεγόμενον φαρμακίτην, Εὔπολις Βάπταις μέμνηται καὶ Ἀμειψίας· ὁ δ' Εὔδαμος φαρμακοπώλης ἢ χρυσοπώλης, τετελεσμένους δακτυλίους πωλῶν. φιλόσοφος δ' ἦν οὗτος ὁ Εὔδαμος, φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς δαίμονα καὶ ὄφεας καὶ τὰ τοιαῦτα κτλ.* Cfr. Antiphanes apud Athen. III p. 123 B.

VIII.

Πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλείας σχίνου κεφαλὴν κατορύττειν.

Suidas: *Αὔλειος· ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας. — Ἀριστοφάνης Δαναΐσι Πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλείας ἐχίνου κεφαλῆς κατορύττειν.* Recte Kusterus *κεφαλήν*: *ἐχίνου*, quod frustra defendit Dindorfius, verissime correxit Meinekius, idque ego quoque conieceram, vid. Comment. p. 239. Scillam autem ad mala arcenda in limine defodi iubet, simile quid Pythagoras iam praecepit, vid. Plin. XX 9: „Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit."

IX.

Τραπόμενον εἰς τοὔψον λαβεῖν
ὀσμύλια καὶ μαινίδια καὶ σηπίδια.

Pollux II 76: *Καὶ ὀσμύλια ἰχθύων τι γένος, ἡ ὑπὸ πολλῶν ὄζαινα καλουμένη· πολύποδος δέ ἐστιν εἶδος ἔχον μεταξὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν πλεκτανῶν αὐλὸν δυσῶδες πνεῦμα ἀφιέντα· Τραπόμενον — σηπίδια, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης.* Legebatur *ὀσμυλίδια*, sed recte Photius p. 325 25: *Ὀσμύλια· ἰχθύδια εὐτελῆ. Ὀσμύλια καὶ μαινίδια καὶ σηπίδια, φησὶν Ἀριστοφάνης.* Ex Danaidibus autem haec petita esse docet Athen. VII p. 324 B: *Ἀριστοφάνης — καὶ ἐν Δαναΐσιν· Ὀσμύλια κτλ.* Olim non recte ad Daedalum haec referre volui, vid. Commentat. p. 398, immo poeta Danaum tanquam parcum patrem familias nuptiarum die

opsonia ementem inducit vilissima, cfr. Ephippus in Obeliaphoris apud Athen. VIII p. 359 A:

Ἀλλ' ἀγόρασον εὐτελῶς,
ἅπαν γὰρ ἱκανόν ἐστι. Β. Φράζε δή ποτε.
Α. Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως, ὅτι ἂν ᾖ,
ὁσίας ἕνεκ'· ἀρκεῖ τευθίδια, σηπίδια,
κἂν κάραβός τις ᾖ λαβεῖν, εἷς ἀρκέσει,
ἢ δύ' ἐπὶ τὴν τράπεζαν· ἐγχελύδια
Θήβηθεν ἐνίοτ' ἔρχεται, τούτων λαβέ.
Ἀλεκτρυόνιον, φάττιον, περδίκιον,
τοσαῦτα, δασύπους ἂν ἐπέλθῃ τις, φέρε.
Β. Ὡς μικρολόγος εἶ κτλ.

Ita enim scribo, adde Eubuli versus ibid. VII p. 311 D.

X.

Ἤδη παροινεῖς ἢ 'μὲ πρὶν δεδειπνάναι.

Athenaeus X p. 422 E: *Δεδειπνάναι — Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσιν· Ἤδη παροινεῖς ἐμὲ πρὶν δεδ.* Brunkius *εἰς ἐμέ*, Dindorfius *εἴς με*, perversa sententia, scripsi *ἢ 'μέ*, reprehenditur enim nescio quis, quod ante quam alii coena sint fructi, ipse iam sit appotus. *Ἢ πρὶν* transpositum, quemadmodum fit apud Latinos, vid. Propert. II 14 12: „Quam prius abiunctos sedula lavit equos."

XI.

Λύσας ἴσως ἂν τὸν λάγων ξυναρπάσειεν ἡμῶν.

Athenaeus IX p. 400 A: *Τρύφων δέ φησι, τὸν λαγὼν ἐπ' αἰτιατικῆς ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης ὀξυτόνως καὶ μετὰ τοῦ ν λέγει· Λύσας κτλ. ξυναρπάσειεν* et *ἡμῶν* codd. ut videtur, omnes; edd. VL *συναρπάσειεν* et *ὑμῶν*. At versum corruptum esse apparet: Iacobsius coniecit: *μύσας*, conniventibus oculis, quod non sufficit. Equidem conieci: *Λυκιτᾶς ἴσως ἂν τὸν λάγων ξυναρπάσειεν ἡμῖν. Λυκιτᾶς* canis nomen fuit apud Aeschylum, vid. Pollux V 47.

XII.

Ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπιδας καὶ στρωματόδεσμα,

Διαμασχαλίσας αὐτὸν σχελίσιν καὶ φύσκαις καὶ ῥαφανῖσιν.

Athenaeus II p. 57 A: *Καλλίας δ' ἐπὶ τῆς ῥαφανῖδος εἴρηκε τὴν ῥάφανον· περὶ γοῦν τῆς ἀρχαιότητος τῆς κωμῳδίας διεξιὼν φησιν· Ἔτνος, πῦρ, γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες. ὅτι δ' οὕτω τὰς ῥαφανῖδας εἴρηκε, δῆλον Ἀριστοφάνης ποιεῖ περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχαιότητος ἐν Δαναΐσι γράφων καὶ αὐτὸς καὶ λέγων· Ὁ χορὸς κτλ.* **Apparet ex his Aristophanem, fortasse in parabasi, de antiquissimae comoediae tenui specie humilique cultu locutum esse, diu enim neglecta et contemta iacuit, quod iam Aristoteles dicit Poet. c. 5:** *Ἡ δὲ κωμῳδία διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς ἔλαθε· καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν, ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν.* **Et prior quidem versus ad vilem choreutarum cultum habitumque pertinet, qui quidquid obvium factum induebant, dixitque Pherecrates Crapatallis Fr. IX:**

Ὁ χορὸς δ' αὐτοῖς εἶχεν δάπιδας ῥυπαρὰς καὶ στρωματόδεσμα.

Alter autem versus prorsus nequit intelligi: recte quidem *διαμασχαλίσας αὐτὸν* **per se dicitur de choreutis, qui rustico more manus prensantes saltabant: reliqua autem non congruunt; itaque unum aut alterum versum excidisse puto:**

Διαμασχαλίσας αὐτὸν . . . .

. . . . *σχελίσιν καὶ φύσκαις καὶ ῥαφανῖσιν.*

Haec enim sine dubio referenda sunt ad tenuem vilemque victum choreutarum, quamquam *σχελίδες* **quidem etiam postero tempore choreutis apponebantur, vid. Plutarch. de glor. Athen. c. 6:** *Οἱ δὲ χορηγοὶ τοῖς χορευταῖς ἐγχέλεια καὶ θριδάκια καὶ σκελίδας καὶ μυελὸν παρατιθέντες εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον φωνασκουμένους καὶ τρυφῶντας.* **Ceterum existimo ad hanc fabulam referenda esse ea, quae de antiquissimae tragoediae simplicitate ex Aristophane profert**

Athenaeus I p. 21 fabulae nomine omisso: *Χαμαιλέων γοῦν πρῶτον αὐτόν φησι σχηματίσαι τοὺς χοροὺς ὀρχηστοδιδασκάλοις οὐ χρησάμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιοῦντα τῶν ὀρχήσεων καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τῆς τραγῳδίας οἰκονομίαν εἰς ἑαυτὸν περιιστᾶν· ὑπεκρίνετο γοῦν μετὰ τοῦ εἰκότος τὰ δράματα· Ἀριστοφάνης γοῦν, παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς ἡ περὶ τῶν τραγικῶν ἀπόκειται πίστις, ποιεῖ αὐτὸν Αἰσχύλον λέγοντα·*

Τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν.

καὶ πάλιν·

Τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν,
ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα,
πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντες.

Haec Meinekius ad Gerytadem referre voluit, Dindorfius ad Pherecratis Crapatallos, credo propterea quod in illa quoque fabula Aeschylus loquens inducebatur, vid. Fr. VIII: *Ὅστις γ' αὐτοῖς παρέδωκα τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας.*

XIII.

Οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο.

Grammaticus Bekkeri I p. 457 29 et Suidas (v. *ἀταλαίπωρον*) *ἀταλαιπώρως, ῥᾳθύμως, ὀλιγώρως. Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν· Οὕτως κτλ.* Eadem Etymol. M. p. 162 40 et Gudian. p. 88 31, nisi quod ibi *διέκειται* legitur. Adde Hesychius: *Ἀταλαιπώρως, ἄνευ κόπου, ἀκοπιάστως.* Haec quoque de antiquissima comoediae forma in parabasi dicta esse puto.

XIV. XV.

Μὴ ταρ' εἶναί μ' ἐγκριδοπώλην.

Athenaeus XIV p. 645 8: *Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Ἐπίχαρμος· Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις — Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δαναΐσι καὶ πωλητήν φησιν αὐτῶν εἶναι ἐν τούτοις· Μὴ ταρ' κτλ. καὶ ἐν τοῖς Χειρογάστορσι Νικοφῶν.* Ita illum locum satis perturbatum composui Comment. p. 426. Legebatur in ipso Aristophanis versu: *μήθ' ἅρμα εἶναι ἐγκ.*

quod correxi. Respicit haec Pollux VII 199: ἐν δ' Ἀριστοφάνους Δαναΐσι συρμαιοπῶλαι καὶ ἐγκριδοπῶλαι. Apparet etiam prius vocabulum ex eadem hac fabula petitum esse.

XVI.

Τῶν χοίρων μνοῦς ἔρι' ἐστίν.

Pollux X 39: *Εἴποις δ' ἂν οἶμαι καὶ χνοῦν καὶ μνοῦν ἐπὶ τῶν μαλακῶν, Ἀριστοφάνους εἰπόντος μὲν ἐν Βαβυλωνίοις — ἐν δὲ Δαναΐσι· τῶν χειρῶν ἔργα μνοῦς ἐστιν,* quae ferri nullo pacto possunt, itaque *χοίρων* et *ἔρια* scripsi, at et versus et sententia postulat ut *ἔρια* transponatur, hoc autem dicit poeta: *porcorum lanugo est* (vel *ἔσται*) *loco lanae.*

XVII.

Grammaticus Bekkeri I p. 442 11 et Suidas v. *ἀργύρειος· Ἀργύριον καὶ τὸ λεπτὸν νόμισμα καλοῦσιν, ὡς Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν.*

XVIII.

Harpocratio: *Ἐχῖνος· ἔστι μὲν ἄγγος τι, εἰς ὃ τὰ γραμματεῖα τὰ πρὸς τὰς δίκας ἐτίθεντο Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον μνημονεύει τοῦ ἄγγους τούτου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν.*

XIX.

Pollux X 127: *Προσωπίς, καὶ ὡς ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης προσωπίδιον.*

XX.

Pollux X 26: *Καὶ μὴν καὶ βαλανῶσαι τὴν θύραν ἐκεῖνοι* (comici poetae) *λέγουσι καί· Οὐδεὶς βεβαλάνωκε τὴν θύραν ἐν ταῖς Δαναΐσιν ἔφη Ἀριστοφάνης.* Male existimat Dindorfius Pollucem respexisse potius Ecclesiazus. v. 382: *Νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν.*

XXI.

Scholiasta Lysistratae v. 1239: Ἡ γὰρ Κλειταγόρα ποιήτρια ἦν Λακωνική, ἧς μέμνηται καὶ ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης. Lesbiam dicit scholiasta Vesparum v. 1238.

ΔΡΑΜΑΤΑ Α. Β.

Dindorfius existimat duas eiusdem comoediae recensiones exstitisse, indeque nominis diversitatem repetit: at ipsa titulorum ratio satis superque indicat, plane diversi argumenti fuisse fabulas: externam quidem formam atque speciem si spectas, sane inter se conveniebant. Etenim poeta in utraque comoedia quasi novam aliquam comoediam, quae cum ipso instituto argumentoque fabulae nequaquam cohaerebat, interposuit, quasi episodium quoddam, quam rationem etiam in Daetalensibus poetam secutum esse vidimus: et tunc fortasse primus sine exemplo hoc novaverat, postea cum probatum esset Atheniensibus hoc genus comoediarum, satis illud quidem festivum et ludicrum, et alii poetae, ut Metagenes (vid. ad Daetalenses) imitati sunt, et ipse Aristophanes frequentavit. Sic igitur etiam in his comoediis argumenti severitatem salibus et lepore temperare studuit, et ridiculum aliquod spectaculum inseruit, unde etiam utraque comoedia numerum pluralem Δράματα prae se fert. Et altera quidem inscripta fuit Δράματα ἢ Κένταυρος, Centauri enim nomen ad illud ipsum episodium spectat: existimo autem poetam exhibuisse Herculem a Pholo Centauro hospitaliter exceptum: namque Herculis imprimis voracitatem comici poetae, qui ridicula captabant et vulgarem consuetudinem sequebantur, solebant repraesentare, vid. Vespar. v. 60 et Pac. v. 741. Hoc ipsum autem argumentum tractaverat Epicharmus, vid. Eustratius ad Aristot. Ethic. Nicom. III 5 5, coll. Commentt. p. 149. Altera autem comoedia inscripta fuit Δράματα ἢ Νίοβος, cuius argumentum prorsus obscurum, nisi quod ad Niobes liberorum sortem pertinuisse pro-

babile est, vid. Fr. I. Itaque fortasse finxit poeta Niobum aliquem, qui tanquam Niobe, necopinato casu liberis orbaretur omnibus. Ceterum haec fabula ab antiquis criticis Aristophani abiudicata est, vid. Grammaticus XIX: *Ἔγραψε δὲ δράματα μδ', ὧν ἀντιλέγεται τέσσαρα, ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ, ἔστι δὲ ταῦτα, Ποίησις, Ναυαγός, Νῆσοι, Νίοβις* (*Νίοβος*). Ceterum primo loco posui ea fragmenta, quae ad Centaurum, secundo, quae ad Niobum pertinent, tertio denique, quae ad utram comoediam referenda sint, incertum est.

ΔΡΑΜΑΤΑ Η ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

I.

Ἐγὼ γάρ, εἴ τί σ' ἠδίκηκ', ἐθέλω δίκην
δοῦναι πρόδικον ἐν τῶν φίλων τῶν σῶν ἑνί.

Photius p. 451 13. *Πρόδικον δίκην: τὴν ἐπὶ φίλων καὶ διαιτητῶν. Ἀριστοφάνης Κενταύρῳ· Ἐγὼ γάρ, εἴ τις ἢ δίκη θέλω — ἓν τῶν* (vel *τῷ*) *φίλων — ἕνι.* Ita codex. Suidas: *Πρόδικον· δικαστὴν ἐπὶ φίλων καὶ διαιτητήν. Ἀριστοφάνης Κενταύρῳ, ἐγὼ γὰρ εἴ τις ἠδίκηκε θέλω δίκην δοῦναι πρόδικον ἑνὶ τῶν φίλων τῶν σῶν.* Correxit Porsonus, sed nescio an aliud quid lateat, mihi quidem illud *ἐν ἑνὶ τῶν φίλων* parum commodum videtur.

II.

Ἀνοιγέτω τις δώματ'· αὐτὸς ἔρχεται.

Pollux III 74: *Ἀριστοφάνης μέντοι κατὰ τὴν πολλῶν συνήθειαν τὸν δεσπότην αὐτὸν κέκληκεν εἰπὼν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ Ἀνοιγέτω κτλ.* Respicit Antiatticista Bekkeri I p. 78 29: *Αὐτός, ἀντὶ τοῦ ὁ δεσπότης, αὐτὸς λέγει, αὐτὸς ἄρχεται, Ἀριστοφάνης.* corrige *ἔρχεται.* Videtur autem etiam quod praecessit *Αὐτὸς λέγει*, ex Aristophane petitum esse. Ceterum cfr. Theocrit. XXIV 50.

III.

Ἀλλ' εἰς κάδον λαβὼν τιν' οὔρει πίττινον.

Pollux X 185: *Τοῖς δὲ σκεύεσιν εἰ βούλοιτό τις προσαριθμεῖν καὶ κάδον πίττινον, ἔξεστιν, Ἀριστοφάνους ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ εἰπόντος· Ἀλλ' εἰς κάδον κτλ.* Sunt haec ad illud apud Pholum convivium referenda.

IV.

Πτίσσω, βράττω, μάττω, δεύω, πέττω, καταλῶ.

Pollux VII 24: |*Τῶν δὲ περὶ ἀρτοπωλίαν ἀθρόα ἐν Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ* (vulg. *Κενταύροις*) *Πίττω* (cod. Iungerm. *πιττῶ*) *βράττω κτλ. πτίσσω* scripsit Brunckius, Dindorfius *πτίττω*, at vid. Lobek Paralipom. p. 31.

V.

Χωρεῖ ἄκλητος ἀεὶ δειπνήσων· οὐ γὰρ ἄκανθαι.

Hesychius: *Οὐ γὰρ ἄκανθαι· παροιμία. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. Οὐδ' ἴσως ἀντέλεγες τούτῳ τῷ δειπνίῳ· οὐ γὰρ ἄκανθαι. καὶ ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ Χωρεῖ δ' ἄκλητος ἀεὶ δειπνήσων.* In extremo versu recte homines docti *οὐ γὰρ ἀκάνθαι* addiderunt, deinde abieci particulam *δέ*, ut versus sit heroicus, nisi forte aliquid excidit, fuitque tetrameter anapaestus. Dicuntur autem haec de Hercule, qui sponte conviviis interesse solebat.

VI.

Pollux X 79: *Τὸν δὲ πυθμένα καὶ πύνδακα — Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ Ἐκκεκρουσμένους τοὺς πύνδακας εἴρηκε.* Legebatur *ἐκκρουσαμένους*, quod correxi.

VII. VIII.

Pollux IX 53: *Ἡ μὲν γὰρ Ἀντιφῶντος ταλάντωσις τὸ βάρος δηλοῖ· καὶ ὁ Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασιν ἢ Κενταίρῳ· Λίθος δεκατάλαντος.* — Idem IX 36: *Κωμήτας τοὺς*

γείτονας καὶ κωμήτιδας ὠνόμαζον. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν μὲν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ ἔφη Ἐν κωμήτισι καπήλοις ἐπίχαρτον. Nescio an scribendum sit: *Κωμήτισιν καπήλισίν τ' ἐπίχαρτον ἦν.*

IX.

Τὸ δὲ πορνεῖον Κύλλου πήρα.

Hesychius: *Κύλλου πήρα· ζητοῦσι διὰ τί τὸ πορνεῖον Κύλλου πήραν Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ· Τὸ δὲ πορ. Κ. πήρα ἔστι γὰρ χωρίον Ἀθήνησιν ἐπηρεφὲς καὶ κρήνη. ἀντὶ δὲ τοῦ πέραν πήραν ἔφη.* Adde Herodian. *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 1116: *Κάλλος· τὰ εἰς ος λήγοντα δισύλλαβα βαρύτονα ἔχοντα δισσὸν τὸ λ οὐ θέλει εἶναι οὐδέτερα· ὕλλος τὸ κύριον, οὗ μέμνηται Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς.* Apparet *Κύλλος* scribendum esse. Locum illum in Hymetto fuisse ostendit Photius p. 185 21: *Κυλλοῦ πήραν· ἡ Πήρα χωρίον πρὸς τῷ Ὑμηττῷ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀφροδίτης. καὶ κρήνη, ἐξ ἧς αἱ πιοῦσαι εὐτοκοῦσι καὶ αἱ ἄγονοι γόνιμοι γίνονται. Κρατῖνος δὲ ἐν Μαλθακοῖς καλιὰν αὐτὴν φησιν, οἱ δὲ κολλοπήραν. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τὴν φύσιν βιαζομένων ἐξ ἐπιτεχνήσεως.* Adde Proverb. Bodlei. 571 et Meineke II 1 p. 79.

X.

Athenaeus XIV p. 629 C: *Τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ καὶ ἄλλοι πλείονες, ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν.*

XI.

Pollux X 171: *Σκεῦος δὲ καὶ ἡ κλῖμαξ, καὶ οἱ ἀναβασμοὶ τῆς κλίμακος κλιμακτῆρες, ὡς ἐν Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ.*

ΔΡΑΜΑΤΑ Η ΝΙΟΒΟΣ.

I.

Scholiasta Euripidis Phoeniss. v. 159: *Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Εὐριπίδης ἐν Κρεσφόντῃ φησί· Καὶ δὶς ἑπτ' αὐτῆς τέκνα Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν. ὁμοίως καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβῳ ὁμοίως ζ αὐτὰς λέγουσιν, εἶναι δὲ ἑπτὰ καὶ τοὺς ἄρρενας.* **Vulgo** *δράματι Νιόβης*, **quod correxit Porsonus Advers. p. 280, nisi quod** *Νιόβῃ* **scripsit, correctum a Dindorfio.**

II.

Οὐδὲν μὰ Δί' ἐρῶ λοπάδος ἑψητῶν.

Athenaeus VII p. 301 b: *Πληθυντικῶς δὲ λέγουσιν ἑψητοὺς κατὰ τὸ πλεῖστον. Ἀριστοφάνης Δράμασιν ἢ Νιόβῳ· Οὐδὲν κτλ.*

III. IV. V.

Οἴμοι κακοδαίμων ὁ λύχνος ἡμῖν οἴχεται.

Καὶ πῶς ἀπορραίσας τὸν λυχνοῦχον ἔλαθες;

Ἀλλ' ὥσπερ λύχνος

ὁμοιότατα καθηῦδ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου.

Athenaeus XV p. 1561 ed. Dindf. ubi in codice Veneto locus corruptissimus sic legitur: *Ὅτι δὲ λυχνοῦχοι οἱ νῦν καλούμενοι φανοὶ ὠνομάζοντο Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίκωνι παρίστησι. — ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ νιουω προειπὼν λυχνοῦχον οιμοι κακοδαίμων φησὶν λυχνουχος ἡμῖν οἴχεται. εἶτ' ἐπιφέρει καὶ πως επιρρασας τὸν λυχνοῦχον οἴχεται εἶτ' ἐπιφέρει καὶ ἔλαθες. ἐν δὲ τοῖς ρ. ης* **(hoc recte emendavit Dindorfius:** *ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς*) *καὶ λυχνίδιον αὐτὸν καλεῖ διὰ τούτων ἀλλ' ὥσπερ ὁ λύχνος ὁμοιότατα καθεύδετ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου.* **Illud quidem facile apparet, verba** *οἴχεται εἶτ' ἐπιφέρει καὶ*, **quae bis leguntur, altero loco temere re-**

petita esse, quae si removeris, iam procedit versus integer iambicus: *Καὶ πῶς ἐπιῤῥάσας τὸν λυχνοῦχον ἔλαθες.* Sed priore loco satis incommodum est *λυχνοῦχος*, neque puto Aristophanem in utroque loco eadem voce usum esse: nisi fallor Athenaeus scripserat: *ἐν δὲ τῷ Νιόβῳ προειπὼν λύχνον Οἴμοι κακοδαίμων φησί, ὁ λύχνος ἡμῖν οἴχεται.* ut servus aliquis conqueratur, quod lux sibi exstincta sit. Iam ex servo horus quaerit, qui sit factum, ut clam lucernam ipse deleverit: *ἀποῤῥαίσας* enim scripsi, quamquam facile possis *ἐπιῤῥάνας*, vel similia subtituere. *Λύχνος* autem quomodo a *λυχνούχῳ* differat commode docet Pherecratis locus apud Athenaeum p. 1561: *Ἄνυσόν ποτ' ἐξελθών· σκότος γὰρ γίγνεται Καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ' ἐνθεὶς τὸν λύχνον.* et Alexis ibidem: *Ὥστ' ἐξελὼν ἐκ τοῦ λυχνούχου τὸν λύχνον Μικροῦ κατακαύσας ἔλαθ' ἑαυτόν.* Tertium autem fragmentum licet corrigere ex Polluce X 119: *Ὅταν δ' εἴπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης Δυοῖν λυχνιδίοιν, δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ' οὐ μικροὺς λύχνους. — σαφέστερον δὲ ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Νιόβῳ Ἀλλ' ὥσπερ λύχνος ὁμοιότατα κάθευδ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου.* rectius apud Pollucem *κάθευδ'* scribitur, scripsi igitur *καθηῦδε*. *Λυχνίδιον* autem antepenultimam producit, quemadmodum Aristophanes apud Pollucem IX 90: *Ἤιτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον*, et Eupolis in *Δήμοις* Fr. XLII. *Ἐγὼ δὲ συμψήσασα τἀργυρίδιον*, et *δικαστηρίδιον* apud Aristophanem in Vespis v. 799: *Αὐτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ*, et *δακτυλίδιον* Lysistr. 417: *τὸ δακτυλίδιον πιέζει τὸ ζύγον*, et *τιτθίδιον* in Thesmophoriaz. II apud Polluc. VII 66: *Καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια*, et eodem pacto alia omnia, quae ad eundem modum terminantur, in quibus homines docti saepe erraverunt.

VI.

Ὁ δ' εἰς τὸ πλινθεῖον γενόμενος ἐξέτρεψε.

Pollux X 185: *Οὐ μέντοι οἱ κεραμεῖς τὰς πλίνθους ἔπλαττον, πλινθεῖον καλεῖ τόπον ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβῳ*

᾿Αριστοφάνης, περὶ τοῦ Κυκλοβόρου τοῦ ποταμοῦ λέγων. Vulgo ὁ δὲ ἐς. Correxit Dindorfius. ἐξέτρεψε pro vulgato ἐξέστρεψε codex Salmasii. Fortasse versus sic redintegrandus, Ὁ δ᾿ εἰς τὸ πλινθεῖον γενόμενος ἐξέτρεψε πλίνθους. de Cycloboro rapido torrente vid. schol. Equitt. v. 137 et Acharn. v. 381.

VII.

Pollux X 166: Καττὺς δερμάτιον ἐντιθέμενον τῇ σμινύῃ, ὅταν ὁ στέλεχος ἀραιὸς ᾖ. καὶ ἔστι τοὔνομα ἐν τοῖς ᾿Αριστοφάνους Δράμασιν ἢ Νιόβῳ. Sic recte cod. Iungerm. ceteri ἡνιόχῳ, ἡνιόβῳ, simil. Ceterum confer Hesychium: Καττύν· ἀπότριμμα δερμάτινον.

Δ Ρ Α Μ Α Τ Α.

I.

᾿Αλλ᾿ εὔχομαι ᾿γωγ᾿ ἑλκύσαι σε τὸν ζυγόν,
Ἵνα μή με προσπράττωσι γραῦν οἱ φράτορες.

Scholiasta Ranarum v. 810: Μειαγωγήσουσι τὴν τραγῳδίαν· μεῖον λέγουσι τοὺς ὑπὲρ τῶν νίων εἰς τὰ ᾿Απατούρια ὄϊς ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσφερομένους διὰ τὸ ἐπιφωνεῖν τοὺς φράτορας ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱερείου μεῖον μεῖον. ὅτι δὲ ἵσταντο ᾿Αριστοφάνης ἐν Δράμασι (vulgo δράματι) δεδήλωκε. τοῦτο δὲ κέκληται κουρεῖον ἀπὸ τῶν κούρων ὑπὲρ ὧν ἐθύετο, μεῖον δὲ διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν. καὶ ἐπιζήμιόν τι τοῖς ἧττον εἰσάγουσιν ἀπεδέδοτο (vulgo ἀπεδέδοκτο), καθάπερ αὐτός φησιν ᾿Αριστοφάνης ᾿Αλλ᾿ εὔχομαι κτλ. Vs. 1 legebatur τὸν σφυγμόν, scripsi τὸν ζυγόν, similiter Brunckius τὸν σταθμόν. Compares Eupolin in Δήμοις Fragm. 1: Τοιγαροῦν οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ᾿Εδύνατ᾿ ὥσπερ μειαγωγὸς — ῾Εστιῶν τῆς τοῦδε νίκης πλειόν᾿ ἑλκύσαι σταθμόν. — Vs. 2 fortasse scribendum οἱ φράτερες, vid. Comment. p. 107 8.

II.

Αὐτοῖς σταθμοῖς ἐξέβαλε τὰς σιαγόνας.

Photius p. 534 11: *Σταθμούς· Ἀριστοφάνης Δράμασιν Αὐτοῖς σταθμοῖς κτλ. οἷον τοῖς φλειοῖς.* Codex exhibet *σταθμοῖς ἐξέβαλε τὰς σιαγόνας οἷον τοῖς φλειοῖς σταθμοὺς ἀριστοφάνης δράμασιν αὐτοῖς*, correxit Porsonus, recte vero praeterea Dindorfius *ταῖς φλιαῖς* scripsit. Ceterum coniicio haec ad Centaurum pertinere et ad Herculis voracitatem refero, vid. Epicharmum apud Athen. X p. 411 B: *Πρῶτον μὲν αἴκ' ἔσθοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις, Βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνθοδ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος, Ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδων. Σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' ὤατα.*

III.

Athenaeus IX p. 496 A: *Πέταχνον. ποτήριον ἐκπέταλον. — μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι λέγων·*

Πάντες δ' ἔνδον πεταχνοῦνται.

Vulgo *πεταχνεῦται*. Epitome *πεταχνευταί*. Casaubonus *πεταχνοῦνται*, vid. Photius p. 426 10: *Πεταχνοῦνται· ἐξυπτιοῦνται, τρυφῶσιν.* Fortasse haec ad Centaurum pertinent, vid. Fr. IX.

IV.

Hesychius: *Βύρσαν· τὴν πόλιν Ἀθηνῶν Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι παίζων ἔφη.* Videtur poeta Athenas hoc nomine in oraculo aliquo appellavisse, cfr. Agricol. Fr. IX.

V.

Antiatticista Bekkeri p. 105 21: *Κιχόρεια* (vulgo *κιχορία*)· *τὸ ἄγριον λάχανον. Ἀριστοφάνης Δράμασιν.* Eadem, omisso fabulae nomine, Photius p. 166 22, ubi codex *κιχορία*, sed *κιχόρεια* suprascriptum.

VI.

Scholiasta Platonis p. 331 Bekker: *Χαιρεφῶντα — Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι κλέπτην* (*λέγει*).

ΕΙΡΗΝΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Aristophanem duas comoedias, quibus Pacis fuerit nomen, non solum scripsisse, sed etiam Athenis docuisse constat Eratosthenis testimonio, de quo vid. Argument. Pacis: *Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις καὶ ἑτέραν δεδιδαχὼς Εἰρήνην ὁμοίως ὁ Ἀριστοφάνης· ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται.* Satis luculenter apparet ex his, alteram comoediam non lectam esse Eratostheni, itaque eum dubitavisse, utrum haec nova fuerit fabula, an recensio eius, quae servata est, vel prior vel posterior. At aliquot tamen exempla huius comoediae servata fuisse cognoscimus ex eodem grammatico, qui Pacis argumentum conscripsit: *Κράτης μέντοι δύο οἶδε δράματα γράφων οὕτως· „Ἀλλ' οὖν γε ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν ἢ Βαβυλωνίοις ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ." καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ οὐκ ἔστιν.* Crates quidem utram comoediam intellexerit, discerni nequit, cum neque versus adscriptus sit, nec res, de qua dixerit, indicata; fieri enim potest, ut hanc, quam etiam nunc integram usurpamus, comoediam intellexerit eamque *τὴν ἑτέραν* vocaverit. At certe duas comoedias eius nominis fuisse compertum habuit Crates, et alii grammatici, quod dilucide auctor argumenti affirmat, usi sunt exemplis alterius fabulae; atque etiam nunc reperiuntur versus, qui in superstite editione non leguntur, quorum fidem si quis sustulerit, id quod fecit Dindorfius p. 12 sq. temere profecto egerit: namque etiamsi fuerint recentiores grammatici, tamen illi ex antiquioribus plerumque, quidquid exemplorum proferunt, repetierunt; ipsa autem fragmenta cum ita comparata sint, ut fabulae argumento conveniant, nullus videtur dubitandi relictus esse locus. Iam vero etiam vel id, de quo ambigebat Eratosthenes, potest ad liquidum perduci: non diversas fuisse fabulas, sed eiusdem comoediae recensiones duas extitisse, apparet ex Fr. II. quod ex parte cum versibus superstitis

fabulae congruit, alia autem nova et integra continet, quae totius fabulae rationem commode illustrant. Verum illud potest esse dubium, utrum ea quae periit fabula prior an posterior fuerit editio. Et ea quidem fabula, quae conservata est, mihi semper visa est minus perfecta multoque minore arte et studio elaborata esse, quam ceterae, quae in illud cadunt tempus, comoediae; sunt sane, quae eximie splendeant etiam in hac comoedia, at alia prorsus frigent et a poetae ingenio abhorrent: sed de his accuratius dicam alias: et secundum tantum obtinuit fabula locum, siquidem Eupolis, qui Adulatores docuit, primo ornatus est honore, ut ipsis quoque Atheniensibus minus probata esse videatur. Et ab aemulis quoque poetis Aristophanes ob hanc fabulam irrisus est, vid. scholiasta Platonis p. 331 ed. Bekker: *Κωμῳδεῖται δὲ (ὁ Ἀριστοφάνης) ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα, Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλάτων Νίκαις.* Reprehensores illos priorem fabulae editionem, minus illam quidem perfectam et absolutam, notasse per se est satis apertum: eos autem intellexisse hanc ipsam, quam usurpamus comoediam, ipsa illa verba declarant: namque illud vituperant, quod poeta ingens Pacis simulacrum excitaverit ex voragine, sed commodo invento uti nesciverit: namque in superstite fabula, ubi Pax cum Opora et Theoria comitibus apparuit, neque agit quidquam neque dicit, ita ut otiosum prorsus et alienum sit figmentum. Longe alia autem ratio fuit alterius comoediae, in qua ut Georgiam, Pacis comitem loquentem induxit, vid. Fragm. II. ita etiam ipsi Paci partes tribuerit necesse est. Itaque dubitari non potest, quin Aristophanes hanc, quam integram habemus comoediam, cum ipse quoque parum probaret, postea correctam exhibuerit. Aliter sane visum est Droyseno in vers. Aristoph. I p. 11, qui censet priorem editionem periisse, secundam autem conservatam esse; at eius ratio tum demum ferri posset, si fabulae corrigendae consilium cepisset tantum poeta, neque vero perfecisset, id quod factum est in Nubibus: at alteram quoque comoediam doctam esse apparet ex argumento, nam-

que Eratosthenes dilucide dicit, duas huius nominis comoedias in didascaliis ferri, alterius igitur memoriam ille ex his monumentis, non aliunde petiit. Atque castigandus profecto esset poeta, qui ubi melius et emendatius drama proponere voluit, tenue et imperfectum exhibuisset: atque non esse omnibus numeris absolutam comoediam concessit etiam Droysenus vir amicissimus.

I.

Πόθεν τὸ φῖτυ, τί τὸ γένος, τίς ἡ σπορά;

Eustathius p. 1291 26: *Ἔοικεν ὁ φιτρὸς φιτυρός τις εἶναι, ὡς ἀπὸ τοῦ φῖτυ, ὃ δηλοῖ φυτὸν ἢ φύτευμα, ὡς Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· Πόθεν τὸ φῖτυ κτλ.* Dicit haec fortasse ille Trygaeus, ubi Georgiam, quam a comico poeta mirifico ornatu inductam esse consentaneum est, accedentem conspicit, ex eaque quaerit, quae et unde sit; nec dubito quin hic versus cum iis, qui leguntur Fr. II, continuo coniungendus sit:

ΤΡ. Πόθεν τὸ φῖτυ; τί τὸ γένος; τίς ἡ σπορά;
ΓΕ. Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισιν Εἰρήνης φίλης
πιστὴ τροφὸς κτλ.

II.

Α. Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισιν Εἰρήνης φίλης
πιστὴ τροφός, ταμία, συνεργός, ἐπίτροπος,
θυγάτηρ, ἀδελφή, πάντα ταῦτ' ἐχρῆτό μοι.
Β. Σοὶ δ' ὄνομα δὴ τί ἐστιν; Α. Ὅ τι; Γεωργία.
Β. Ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα,
Ἄσμενός σ' ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους.

Stobaeus II p. 406 ed. Gaisf.: *Ἀριστοφάνους Εἰρήνης.* Non recte Gaisfordius haec ad *Agricolas* referre voluit, quae coniectura nullo nititur fundamento; prorsus autem a vero aberravit Dindorfius, qui Menandri *Γεωργῷ* haec vindicanda censet; speciosius quam verius Fritzschius in Comment. de Daetal. p. 131 existimat *Agricolas* fuisse alteram

Pacis recensionem, quam coniecturam non debebam probare in Comment. p. 323. Induxit igitur poeta Georgiam, quasi praenuntiam Pacis, quae cum probo aliquo Attico cive, fortasse eodem illo Trygaeo colloquitur, sive etiam cum choro: nisi forte statuendum, priora esse Trygaei, tum inde a vs. 4 verba facere chorum, quod vel propter numerorum varietatem aliquid habet probabilitatis. In superstite certe fabula v. 556 et 557 iidem ille tetrametri a choro dicuntur, et fortasse etiam subsequentes versus in correcta fabula legebantur:

Τάς τε συκᾶς, ἃς ἐγὼ 'φύτευον ὢν νεώτερος,
ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν ἐστι πολλοστῷ χρόνῳ.

III.

Τὴν δ' ἀσπίδα
ἐπίθημα τῷ φρέατι παράθες εὐθέως.

Pollux X 188: *φαίης δ' ἂν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ πῶμα καὶ ἐπίθημα, οἷον πίθου ἢ λέβητος ἢ φαρέτρας. Ἐν γοῦν τῇ Ἀριστοφάνους Εἰρήνῃ γέγραπται· Τὴν δὲ ἀσπίδα κτλ.* Cod. Iungerm. *τὴν γοῦν ἀσπίδα.* Quaerit aliquis, quid pace restituta armis sit faciendum, cui alter regerit, clypeum operculum fore satis aptum cisternae; quemadmodum enim in superstite comoedia artifices, qui arma conficiunt, irritati Trygaeum incusant, vid. v. 1210 sqq. sic similem imaginem etiam in altera Pace poeta videtur exhibuisse.

IV.

Μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖτ', ἢ μολγοὶ ἔσονται.

Pollux X 187: *Οὐδὲν κωλύει καὶ μολγὸν εἰπεῖν, ὅς ἐστι κατὰ τὴν τῶν Ταραντίνων γλῶτταν βόειος ἀσκός· — καὶ Ἀριστοφάνης δὲ χρησμόν τινα παίζει· Μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖτε οἱ μολγοὶ ἔσονται.* quod correxi. Referunt hunc versum vulgo ad Agricolas, in qua fabula non lectum fuisse ostendi ad Fragm. IX. at ex Pace petitum esse arguit Eu-

stathius p. 801 56, qui auctore Pausania haec respicit, sed adscribam integrum locum, satis illum quidem memorabilem: Ἐν γοῦν τῷ Αἰλίου Διονυσίου λεξικῷ γράφεται οὕτως· Αἰνεῖν τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν κριθὰς ὕδατι φύροντα· Φερεκράτης· Νῦν ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίττειν, φρύγειν, ἀναβράττειν, Αἰνεῖν. Παυσανίας δὲ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ῥητορικῷ λεξικῷ οὐ διὰ διφθόγγου γράφων αἰνεῖν, ἀλλὰ διὰ μόνου τοῦ ᾱ διχρόνου φησίν· Ἀνεῖν ἐν ἐκτάσει ἔχει τὸ ᾱ, δηλοῖ δὲ τὸ πτίσσειν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ δηλοῖ. καὶ Φερεκράτης δ' ἔτι φησί· Νῦν δ' ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀποβράττειν Ἀνεῖν, ἀλέσαι, μάξαι, τὸ τελευταῖον παραθεῖναι. Λέγει δὲ καὶ ὅτι διαφέρει τὸ πτίσσειν τοῦ αἰνεῖν. τὸ μὲν γὰρ πτίσσειν γίνεται, ἵνα τὸ πτισσόμενον ἀπολίποι πιτυρῶδες ἄχυρον, τὸ δὲ ἀνεῖν ἐπὶ ξηρῶν, ὥσπερ καρύων, ἵνα τὸ ἀχυρῶδες αὐτῶν περικαὲν ἀφαιρεθείη. Itaque Pausanias legit in Aristophanis versu ἀνεῖν, et sic codex Iungermanni exhibet: ἀνεῖται μόλγοι κτλ. eodemque modo in Pherecratis versu ἀνεῖν scripsit, sed Aelius Dionysius αἰνεῖν, et sic in Aristophanis versu cod. A αἰνεῖτε οἱ et cod. V αἰνεῖται. et haec sane vulgaris fuit forma, vid. Hesychius: Αἰνῶν· πτίσσων. Idem: Ἄναντα — Σοφοκλῆς δ' Ἰνάχῳ τὰ μὴ κεκολλημένα παρὰ τὸ αἰνεῖν, ὅ ἐστι κατακόπτοντα πτίσσειν. At ἀνεῖν quoque est ubi scribatur, uti apud Athenaeum X p. 455 E: πεποίηται δὲ τῆς πτισάνης τοὔνομα ἀπὸ τοῦ πτίσσειν καὶ ἀνεῖν. Sed vereor ne hoc ipsum ἀνεῖν, quamvis apud Pausaniam et Athenaeum legatur, ex pravo errore ortum sit: nam apud Atticos non tam αἰνῶ dicebatur, quam αἴνω, cuius futurum fuit ἀνῶ, vid. Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 24 18: αἴνω τὸ δασυνόμενον καὶ βαρυνόμενον παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Φερεκράτης· αἴνειν, πτίσσειν. Hinc recte Meinekius apud Pherecratem II I p. 346 αἴνειν scripsit, ego tamen in heroico versu nolui vulgarem formam immutare, quamquam facili negotio αἴνειν ἢ μολγοὶ ἔσονται scribi potuit.

V.

Ἰὼ Λακεδαίμων, τί ἄρα πείσει τήμερα.

Suidas: Τήμερος· ὁ σημερινὸς καί ἐστι τεταγμένον ἐπὶ σώματος· τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Ἰὼ Λακεδαίμων, τί ἄρα ποιήσει τήμερα· ἀντὶ τοῦ σημερινή. Idem fere versus a scholiasta Nubium v. 699 ex Holcadibus affertur hoc modo Ἰὼ Λακεδαῖμον, τί ἄρα πείσει τήμερα. Et πείσει quidem restitui, sed Λακεδαίμων reliqui. Equidem existimo hunc versum in utraque fabula scriptum fuisse, vide quae dixi ad Aeolosic. Fragm. VII, in Pace autem legebatur in eiusmodi loco, qualis est in superstite fabula inde a v. 240 sqq. Sin tamen quis Suidam erravisse in nomine fabulae contendat, non nimis acriter repugnabo, quemadmodum erravit Eustathius p. 1573 26: Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Εἰρήνῃ σεμνύνων καὶ αὐτὸς τὰς Ἀθήνας μαρτυρεῖ ὡς διηνεκεῖς ἐκεῖ αἱ ὀπῶραι. itaque Epitome Athenaei, at ipse Athenaeus XIV p. 653 F. Horas Aristophanis dicit.

Η Ρ Ω Ε Σ.

Difficile sane est fabulae argumentum indagare, quandoquidem ipsa fragmenta parum illustrant poetae consilium: illud tamen mihi satis certo videor coniicere, hanc fabulam potissimum impietatem Atheniensium perstrinxisse. Athenienses, olim religiosissimi omnium, plurimos etiam mortales divinis honoribus colebant, hinc ingens in terra Attica heroum numerus, vid. Commentat. p. 85. At Aristophanis aetate cum philosophorum opera superstitionis tenebrae essent dispulsae, continuo subsecutus est contemtus deorum, omninoque sacrorum depravatio gravissima exorta est: itaque etiam heroum religio frigescebat illo tempore: nam ad heroum divinos honores restaurandos pertinent huius comoe-

diae Fr. II. III. Temporis autem, quo haec fabula acta sit, tenuis adest nota Fragm. V. in qua Diitrephes exagitatur a comico. Hunc Diitrephem bis tetigit Aristophanes in Avibus v. 798:

Ὡς Διϊτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερὰ
ᾑρέθη φύλαρχος, εἶθ' ἵππαρχος, εἶτ' ἐξ οὐδενὸς
μεγάλα πράττει κἀστὶ νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.

et versus v. 1440:

Δεινῶς γέ μου τὸ μειράκιον Διϊτρέφης
λέγων ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ' ἱππηλατεῖν.

Apparet ex his locis Olymp. XCI 2 Diitrephem, ex paupere divitem factum, multum valuisse in civitate. Atque idem Diitrephes sub finem Olymp. XCI 3 praetore Pisandro, vel Olymp. XCI 4 ineunte, cum Cleocritus esset praetor, iussus est Thraces, qui sero Atheniensibus subsidio advenissent, cum Demosthenes iam in Siciliam profectus esset, reducere, vid. Thucyd. VII 29: *Τοὺς οὖν Θρᾷκας τοὺς τῷ Δημοσθένει ὑστερήσαντας διὰ τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν χρημάτων οὐ βουλόμενοι δαπανᾶν, εὐθὺς ἀπέπεμπον, προστάξαντες κομίσαι αὐτοὺς Διϊτρέφει καὶ εἰπόντες ἅμα ἐν τῷ παράπλῳ (ἐπορεύοντο γὰρ διὰ τοῦ Εὐρίπου) καὶ τοὺς πολεμίους, ἤν τι δύνηται, ἀπ' αὐτῶν βλάψαι κτλ.* Iam Pausanias I 23 3 Diitrephis statuam commemorat: *Πλησίον δέ ἐστι Διϊτρέφους χαλκοῦς ἀνδριὰς οἰστοῖς βεβλημένου. οὗτος ὁ Διϊτρέφης ἄλλα τε ἔπραξεν ὁπόσα λέγουσιν Ἀθηναῖοι, καὶ Θρᾷκας μισθωτοὺς ἀφικομένους ὕστερον — ἀνῆγεν ὀπίσω*, et deinde quid Mycalessi fecerit exponit ita, ut non dubium sit, in huius urbis obsidione occidisse Diitrephem, sagittis confossum, quamquam hoc non diserte dicit, satis enim perversa est orationis conformatio. Aristophanes autem ita loquitur in hac fabula de Diitrephe, ut tunc etiam vixisse illum necesse sit: quare non potuit illa fabula post Olymp. XCI 4 doceri, sed ut ego coniicio pertinet ad Olymp. XCI 3 convenitque huic tempori, quo mysteriorum profanatio et hermarum mutilatio accidit, satis institutum comoediae.

I.

Οἱ γὰρ ἥρως ἐγγύς εἰσιν.

Choeroboscus in Bekkeri Anecd. III p. 1197: *φησὶν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου ἐν τῇ περὶ τῆς εὐθείας τῶν πληθυντικῶν διδασκαλίᾳ ὡς ἡ οἱ ἥρωες εὐθεία τῶν πληθυντικῶν εὕρηται κατὰ κρᾶσιν παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισιν, οἷον· Οἱ γὰρ ἥρως ἐγγύς εἰσιν, ἀντὶ τοῦ οἱ ἥρωες.* At non legitur in Avibus, neque grammaticus potuit confundere cum aliis Avium versibus, in quibus vocabulum *ἥρως* legitur, ut 1472 et 1477, itaque corruptum sit nomen comoediae necesse est, scribendum *ἐν Ἥρωσιν.* rettulitque hue etiam Dindorfius. Ex Choerobosco petiit eadem Lascaris Gramm. III 2. Respicit Phrynichus p. 158 ed. Lobeck: *Οἱ ἥρως οὐ λέγουσιν, ἀλλ' οἱ ἥρωες τετρασυλλάβως, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς δισυλλάβως τοὺς ἥρως. ἅπαξ βιασθεὶς Ἀριστοφάνης ὑπὸ τοῦ μέτρου οἱ ἥρως εἶπεν, τῷ δ' ἠναγκασμένῳ οὐ χρηστέον.* Adde Thom. Mag. p. 424 sqq. Dicuntur autem haec de choro heroum.

II.

Μὴ γεύεσθε δ' ἅττ' ἂν καταπέσῃ
τῆς τραπέζης ἐντός.

Diogenes Laert. VIII 34: *Τὰ δὲ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν, ἢ ὅτι ἐπὶ τελευτῇ τινός. Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἥρωσι Μὴ γεύεσθ' ἅττ' ἂν καταπέσῃ τῆς τραπέζης ἐντός. ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ.* Suidas in *Πυθαγόρα τὰ σύμβολα. Τὰ πίπτοντα ἀπὸ τῆς τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι παρεκελεύετο Πυθαγόρας, ἢ διὰ τὸ μὴ ἐθίζεσθαι ἀκολάστως ἐσθίειν, ἢ ὅτι ἐπὶ τελετῇ τινός. Ἀριστοφάνης γὰρ τῶν ἡρώων εἶναί φησι τὰ πίπτοντα, μήτε δὲ τὰ ἐντὸς τῆς τραπέζης πίπτοντα ἀναιρεῖσθαι μήτε λευκὸν ἀλεκτρυόνα ἐσθίειν.* Seidlerus sic illa correxit: *Μηδὲ γεύεσθ' ἅττ' ἂν ἐντὸς*

τῆς τραπέζης καταπέσῃ. Ego, inserta particula *δέ*, cetera integra servavi: fortasse autem Aristophanis etiam est illud praeceptum, *λευκὸν ἀλεκτρυόνα μὴ ἐσθίειν.* Ea autem, quae hic heroum chorus Atheniensibus observanda proponit, prorsus congruere cum Pythagorae praeceptis et institutis, eo minus mirum est, quod Pythagoras quoque heroum honores commendaverat, vid. Diog. Laert. VIII 33: *Τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ ἥρωσιν μὴ τὰς ἴσας, ἀλλὰ θεοῖς μὲν ἀεὶ μετ' εὐφημίας λευχειμονοῦντας καὶ ἁγνεύοντας, ἥρωσι δὲ ἀπὸ μέσου ἡμέρας.*

III.

Μήτε ποδάνιπτρον θύραζ' ἐκχεῖτε μήτε λούτριον.

Pollux VII 167: *Καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ λουτροῦ λούτριον, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρωσι· Μήτ' ἀπόνιπτρον ἐκχεῖται μήτε λουτρεῖον,* cod. Iungerm. *λούτριον.* Correxit Seidlerus adhibito Pollucis loco X 78: *Καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτὴρ — τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον ἢ λούτριον ἢ ποδάνιπτρον, ὡς ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης λέγει.* Haec ex eadem Heroum oratione petita sunt.

IV.

Κἀπὸ τῆς Διϊτρέφους τραπέζης.

Scholiasta Avv. 799: *Διϊτρέφης — ὅτι δὲ ἦν νεόπλουτος οὗτος ἐνεφαίνετο καὶ ἐν τοῖς Ἥρωσι· Καὶ ἀπὸ τῆς Διϊτρεφοῦς τραπέζης, εἰ μὴ ἐν εἰρωνείᾳ.* Correxit Elmsleius ad Medeam p. 139. Fortasse praestat *Διειτρέφους*, ut est in Inscript. apud Boeckh. C. I. vol. I 151 et 169 col. 3 48.

V.

A. Οὐκ ἠγόρευον; οὗτός ἐστ' οὐκ Ἀργόλας.

B. Μὰ Δί' οὐδέ γ' Ἕλλην· ὅσον ἔμοιγε φαίνεται.

Stephanus Byz. v. *Ἄργος — λέγεται καὶ Ἀργόλας. Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν· Οὐκ ἠγόρευον κτλ.* Vs. 1 *ἐστ' οὐκ* Brunckius. Vulgo *ἐστί γ' οὐκ.* — Vs. 2 *οὐδέ γ'* Seidlerus. Vulgo *οὐδ'.*

VI.

Τρέχ' εἰς τὸν οἶνον ἀμφορέα κενὸν λαβὼν
τῶν ἔνδοθεν καὶ βύσμα καὶ γευστήριον,
κἄπειτα μίσθου σαυτὸν ἀμφορεαφορεῖν.

Suidas: *Ἀμφορεαφόρους· τοὺς μισθίους, τοὺς τὰ κεράμια φέροντας. καὶ ἀμφορεαφόρος ὁ κεράμια μισθοῦ φέρων. — Ἀριστοφάνης Ἥρωσι· Τρέχ' εἰς κτλ.* **Vs. 2 legebatur** *τὸν ἔνδοθεν καὶ γεῦμα.* **Rectius Pollux X 75:** *καὶ τὸ παρ' Ἀριστοφάνει γευστήριον Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον ἀμφορέα κοινὸν λαβὼν Τῶν ἔνδοθεν καὶ βύσμα καὶ γευστήριον.* **Idem X 172:** *καὶ βύσμα δ' ἂν εἴη τῶν χρησίμων, τοῦ Ἀριστοφάνους εἰπόντος Βύσμα καὶ γευστήριον.* **Adde denique VI 99:** *καὶ γευστηρίου μὲν Ἀριστοφάνης μέμνηται.* **Servum fortasse aliquis in forum mittit, ut ibi suam operam mercede praebeat aliis.**

VII.

Ὀβολῶν δεουσῶν τεττάρων καὶ τῆς φορᾶς.

Pollux VII 133: *Ἀριστοφάνης δ' ἐν τοῖς Ἥρωσι δοκεῖ τὸ κόμιστρον κατὰ τὸ νῦν ἔθος εἰρηκέναι φοράν, ὅταν εἴπῃ Ὀβολῶν δ' ἴσως τεττάρων καὶ τῆς φορᾶς,* **at vulgata lectio est** *δὲ οὐσῶν,* **apparet igitur** *δεουσῶν* **scribendum esse, adde enim** *δραχμῶν,* **quod praegressum fuit, idem etiam Meineke restituit II 1 p. 534. Ceterum pertinet hic versus ad eundem locum, ex quo superius fragmentum petitum.**

VIII.

Ἢ καρδοπείῳ περιπαγῇ τὸν αὐχένα.

Pollux X 112: *Καὶ παυσικάπη, ἣν καὶ καρδοπεῖον ὠνόμαζον, ὡς ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης· Ἢ καρδοπ. κτλ.* **Fortasse scribendum** *ἣν καρδοπείῳ περιπαγῇς.*

IX.

Παύσειν ἔοιχ' ἡ παυσικάπη κάπτοντά σε.

Scholiasta Pac. v. 14: *Εἰώθασι γὰρ ἅμα τῷ μάττειν ἐσθίειν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν παυσικάπην* **(codd.** *πασικάπην***)** *ἐπε-*

νόησαν, τροχοειδές τι, δι' οὗ τὸν τράχηλον εἶρον πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι τὴν χεῖρα προσάγειν· μέμνηται δὲ ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης· Παίσειν κτλ. Παύσειν recte Dindorfius, idem παυσικάπη. codd. Veneti παυσικάπη vel πασικάπη. Videtur autem hic versus, sicuti qui praecessit, in servum furacem dictus esse.

X.

Ἴθι δὴ λαβὼν τὸν ῥόμβον ἀνακωδώνισον.

Pollux X 173: Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρωσιν· Ἴθι δὴ κτλ.

XI.

Scholiasta Thesmoph. v. 21: Οἷόν τέ πού 'στιν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι]· διὰ τούτου φαίνεται ὑπονοῶν Εὐριπίδου εἶναι τὸ Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. ἔστι δὲ Σοφοκλέους ἐξ Αἴαντος Λοκροῦ. ἐνταῦθα μέντοι ὑπονοεῖ μόνον, ἐν δὲ τοῖς Ἥρωσιν ἄντικρυς ἀποφαίνεται. καὶ Ἀντισθένης καὶ Πλάτων (in Theage p. 125 D. de Republ. VIII p. 568 A) Εὐριπίδου αὐτὸ εἶναι ἡγοῦνται, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ τι παθόντες. ἔοικε δὲ ἤτοι πεπλανημένος ἢ συνεξαπατῆσαι τοὺς ἄλλους, ὥσπερ ὑπονοοῦσί τινες συμπτώσεις τῷ τε Σοφοκλεῖ καὶ τῷ Εὐριπίδῃ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἄλλων τινῶν· τὸ μέντοι δρᾶμα ἐν ᾧ Εὐριπίδης ταῦτα εἶπεν οὐ σώζεται. Sophoclis esse docet etiam Aristides II p. 288 2: Οὐδέ γε Εὐριπίδου φήσομεν οἶμαι τὸ ἰαμβεῖον εἶναι τὸ Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ, οὐδ' εἴ τις οὕτω τῶν σοφῶν εἴρηκεν· ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος Σοφοκλέους, Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ.

XII.

Draco Straton. p. 73 14 et Etymol. M. p. 673 1: Τὸ δὲ πίω ἐκτείνει — Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρωσι Πῶς πίομαι;

XIII — XVI.

Pollux VII 15: Ἐμπόλῳ Διοσκούρῳ (vel Διοσκόρῳ) ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης. — Idem VII 16: Εἶπε δὲ καὶ ἀνδραποδώνης ἐν τοῖς Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης. — Idem

VII 21: Ἐν δὲ Ἀριστοφάνους Ἥρωσιν ἀρτοποιία. — Idem X 61: Τὸν γὰρ ἧλον καὶ ἡλίσκον ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης κέκληκε. Photius p. 67 4: Ἡλίσκον· τὸν μικρὸν ἧλον. Ἀριστοφάνης. Adde Polluc. X 158: Ἐπειδὴ ἥλους οἱ πολλοί, καὶ ἡλίσκους οἱ κωμῳδοὶ λέγουσιν.

XVII.

Harpocratio: Πυελίδα· τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον σφραγιδοφυλάκιον. Λυσίας ἐν τῷ κατ' Εὐφήμου καὶ Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν. Eadem Photius p. 472 18, sed fabulae nomine omisso.

XVIII.

Athenaeus IX p. 409 C: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἥρωσι χερνίβιον εἴρηκεν.

XIX.

Scholiasta Sophoclis Oedip. Col. v. 793: Δοκεῖ γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ Διὸς λαμβάνειν τοὺς χρησμούς, ὡς καὶ ἐν Ἰφικλείᾳ φησί, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἱερείαις — καὶ Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν.

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

Thesmophoriazusas alteras non secundam aliquam recensionem esse prioris dramatis, uti est in Pace, in Nubibus, sed integram planeque diversam fabulam, satis vel arguit Athenaeus I p. 29 A: Ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. Demetrii auctoritas, quippe quae sola coniectura niteretur, etsi non invaluit (omnes enim grammatici magno consensu Θεσμοφοριαζούσας hanc quoque comoediam inscribunt), tamen indicio est, actionem in superstite fabula inchoatam, in hac altera comoedia perfectam consummatamque esse, ita ut continuo quasi vinculo utrumque drama fuerit coniunctum. Inde etiam de tempore possumus coniectu-

ram capere: aliae enim temporis notae non reperiuntur, nisi quod Fr. IX poeta risit Euripidis Antiopem, sed quo tempore haec tragoedia docta sit, non potest satis certo definiri. Iam posteriorem fuisse hanc comoediam necesse est, sed ut mihi quidem videtur aetate proximam, cum illius comoediae memoria nondum oblitterata aut penitus exstincta esset. Atque ipsius quoque fabulae reliquiae arguunt diversam fuisse hanc fabulam, ita tamen ut cum altera illa necessitate quadam copulata fuerit: et priores quidem Thesmophoriazusae referendae sunt ad ieiunii diem, *Νηστείαν*, vid. v. 80 ibique schol., altera autem comoedia pertinet ad diem, qui ieiunium proxime insequitur, ad *Καλλιγένειαν*, id quod satis liquido conficimus ex scholiasta Thesmophor. v. 299: *Καλλιγενείᾳ) δαίμων περὶ τὴν Δήμητραν, ἣν προλογίζουσαν ἐν ταῖς ἑτέραις Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν*, adde Photium p. 127 9: *Καλλιγένειαν· Ἀπολλόδωρος μὲν τὴν γῆν, οἱ δὲ Διὸς καὶ Δήμητρος θυγατέρα· Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς τροφόν*. Atqui consentaneum est poetam Calligeniam deam eo ipso die, qui ab illa nomen accepit, loquentem induxisse. Calligeniae autem die mulieres, ieiunio fessae, lauta sacra diis offerebant, laetitiaeque et voluptatibus indulgebant, vid. Alciphro III: *καὶ ἡμῖν ἑστῶσα σεμνοτάτη τῶν Θεσμοφορῶν ἑορτή. ἡ μὲν γὰρ Ἄνοδος κατὰ τὴν πρώτην γέγονεν ἡμέραν, ἡ Νηστεία δὲ κατὰ τὸ τήμερον εἶναι παρ' Ἀθηναίοις ἑορτάζεται, τὰ καλλιγένεια δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν θύουσιν.* His igitur sacrificiis operam dantes mulieres poeta finxit, eaque imagine ita usus est, ut potissimum luxuriam delicatamque mulierum vitam perstringeret: in hac enim potissimum re argumenti summa versata est, ut videas utriusque comoediae diversum fuisse institutum. Nolo nunc plura de Thesmophoriorum solennitate addere, de quibus praeter alios dixit Fritzschius, qui de hac ipsa fabula singularem scripsit commentationem (Rostochii 1831).

I.

Οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πράμνιον,
οὐ Χῖον, οὐδὲ Θάσιον, οὐ Πεπαρήθιον,
οὐδ' ἄλλον ὅστις ἐπεγερεῖ τὸν ἔμβολον.

Athenaei epitome I p. 29 A: *Ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. ἐν ταύτῃ ὁ κωμικὸς μέμνηται Πεπαρηθίου οἴνου· Οἶνον δὲ πίνειν κτλ.* Vs. 2 *οὐδὲ*] Vulgo *οὐ*, correxit Fritzschius, *οὐχὶ* Dindorfius. — Vs. 3 *ἐπεγερεῖ* Brunckius. Vulgo *ἐπεγείρει. ἔμβολον*] respicit Hesychius, *Ἔμβολον: Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις τὸ αἰδοῖον.* Videntur autem haec ex prologo petita esse, ut Calligenia mulieribus operantibus praecipiat.

II.

Erotianus p. 284 ed. Franz: *Οἶνος ἀνθοσμίας, ὁ εὐώδης καὶ ἡδύς, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* Mite hoc vinum videtur Calligenia mulieribus commendavisse, quamquam alia quoque coniectura subnata est, Aristophanem in parabasi, ubi de ipsa arte, ut solet, dixerit, huius vini mentionem fecisse, retulique huc ope illius glossae versuum reliquias, quae apud Athenaeum I p. 30 B leguntur, ita, ut videtur, restituendae:

Οὔτε γὰρ σκληροῖς ποιηταῖς ἥδεται κἀστέμφεσιν
οὔτε (πόλις Ἀθηναίων) σκληροῖσιν οἴνοις Πραμνίοις
* * * *συνάγουσι τὰς ὀφρῦς τε καὶ τὴν κοιλίαν,*
ἀλλὰ (μὴν) ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ.

Cfr. infra Fr. Inc.

III.

Α. Ἰχθὺς ἐώνηταί τις ἢ σηπίδιον
ἢ τὸν πλατειῶν καρίδων ἢ πουλύπους,
ἢ νῆστις ὀπτᾶτ', ἢ γαλεός, ἢ τευθίδες;
Β. μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ'. Α. οὐδὲ βατίς; Β. οὐδ' ἥμ' ἐγώ.

Δ. οὐδὲ χόρι᾽ οὐδὲ πῦος, οὐδ᾽ ἧπαρ κάπρου,
οὐδὲ σχαδόνες, οὐδ᾽ ἠτριαῖον δέλφακος;
οὐδ᾽ ἐγχέλειον, οὐδὲ κάραβον μέγαν
γυναιξὶ κοπιώσαισιν ἐπεκουρήσατε;

Athenaeus III p. 104 E: *Περισπούδαστος δὲ ἦν πολλοῖς ἡ τοῦ καράβου βρῶσις, ὡς ἔστι δεῖξαι διὰ πολλῶν τῆς κωμῳδίας μερῶν. ἀρκέσει δὲ τὰ νῦν Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις οὕτως λέγων· Ἰχθῦς ἐώνηται κτλ.* **Vs. 1** *ἐώνηταί τις*] **Vulgo** *τις ἐώνηται.* **Rectius VII p. 324 B:** *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· Ἰχθῦς ἐώνηταί τις ἢ σηπίδιον.* **Recte Fritzschius scripsit** *ἰχθύς*, **ut sit nominativus, nam** *ἐώνημαι* **etiam passivum est, ut est in Pace v. 1148:** *τῷ δὲ σιτί᾽ οὐκ ἐώνηται.* — **Vs. 2 codd.** *πολύπους*, **emendatum in ed. Ven.** — **Vs. 4** *βατίς*] **Libri** *βάτις.* **Correxit Dindorfius, idem ex Porsoni coniectura** *οὐ φήμ᾽ ἐγώ: οὐ χόριον.* **Libri** *οὐδὲ φήμ᾽ ἐγώ. οὐδὲ χόριον.* **Scripsi** *οὐδ᾽ ἦμ᾽ ἐγώ. Οὐδὲ χόρια.* **Et** *ἠμὶ* **quidem Hermippus dixit in Minervae Natalibus Fr. VI:** *Ὁ Ζεύς, δίδωμι, Παλλάς, ἠσί, τοὔνομα,* **et ipse Aristophanes in Nubibus v. 1143:** *παῖ, ἠμί, παῖ, παῖ.* **Ran. v. 37:** *παιδίον παῖ, ἠμί, παῖ.* *χόρια* **autem etiam Fritzschius p. 25 restituit, nam numerus pluralis omnino requiritur, ubi intestina, lauta edulia intelliguntur.** — **Vs. 5** *πυὸς* **ed. Casaub.** *πυύνος* **Aldina.** *πυνὸς* **cod. P. Dindorfius** *πῦος*, **praestat autem** *πῦον* **et** *σχαδόνας* **scribi, ut orationis aequabilitas restituatur.** — **Vs. 6** *οὐδὲ σχαδόνες* **Brunckius. Vulgo** *οὐ δὴ σχαδόνες.* *ἠτριαῖον* **respicit Etymol. M. p. 439 42:** *Ἀριστοφάνης ἠτριαῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* — **Vs. 7** *μέγα* **cod. A.** — **Vs. 8 libri** *κοπιώσαις.* **Correxerunt homines docti. Dicit autem haec Calligenia, aut etiam aliqua ex mulieribus Thesmophoria celebrantibus, quae principatum quasi inter ceteras obtinebat: quod autem mulieres illae fessae dicuntur, refero ad choreas, quas proximo die ante egerant.**

IV.

Ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', οἷον ἔπνευσεν ὁ μιαρὸς
φάσκωλος εὐθὺς λυόμενός μοι τοῦ μύρου
καὶ βακκάριδος.

Athenaeus XV p. 690 D: *Παρὰ πολλοῖς τῶν κωμῳδιοποιῶν ὀνομάζεταί τι μύρον βάκκαρις. — Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· Ὦ Ζεῦ κτλ.* **Vs. 1 libri** *ἔπνευσ'*, **correxit Fritzschius p. 36 et antea Brunckius et Schweighaeuserus.** *ἐνέπνευσ'* **Dobraeus in Addendis ad Aristoph. p. (105). — Vs. 2** *φάσκωλος*] **Pollux X 137:** *Ἵνα δὲ ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες — καὶ φάσκωλοι, ὡς ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* **Harpocratio:** *Φασκώλιον· ἱματίων φορεῖον. φάσκωλον δὲ πήρα τις οὕτως ἐκαλεῖτο παρ' αὐτοῖς. — Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*, **ubi videtur** *φάσκωλος* **restituendum, cfr. Pollux VII 79.** *λυόμενος* **Dalecampius. Vulgo** *λουόμενος*. **— Vs. 3** *βακκάριδος*] **Erotianus p. 106:** *Βάκκαρις· εἶδος βοτάνης καὶ μύρου οὗ καὶ Ἀριστοφάνης μέμνηται.*

V.

Ὅσα περίεργ' αὐταῖσι τῶν φορημάτων
ὅσοις τε περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις.

Scholiasta Pluti v. 159: *Περιπέττουσιν διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ· ὁ αὐτὸς Θεσμοφόροις. ὃς ἦν περίεργος αὐταῖσι τῶν φορημάτων ὅσαι ἔτι περι. ἑαυτὰς προσθέτοις*, **quae correxi; virorum doctorum coniecturas, qui non sustulerunt vitium illud** *ἦν — περιπέττουσιν*, **vid. apud Fritzschium p. 41.**

VI.

Α. Ξυρόν, κάτοπτρον, ψαλίδα, κηρωτήν, λίτρον,
προκόμιον, ὀχθοίβους, μίτρας, ἀναδήματα,
ἔγχουσαν, ὄλεθρον τὸν βαθύν, ψιμύθιον,
μύρον, κίσηριν, στρόφι', ὀπισθοσφενδόνην,
κάλυμμα, φῦκος, περιδέραι', ὑπογράμματα,

τρυφοκαλάσιριν, ἐλλέβορον, κεκρύφαλον,
ζῶμ', ἀμπέχονον, τρύφημα παρυφές, ξυστίδα,
χιτῶνα, βάραθρον, ἔγκυκλον, κομμώτριον·
τὰ μέγιστα δ' οὐκ εἴρηκα τούτων. Β. εἶτα τί;
Α. διόπας, διάλιθον, πλάστρα, μαλάκιον, βότρυν,
χλίδωνα, περόνας, ἀμφιδέας, ὅρμους, πέδας,
σφραγῖδας, ἁλύσεις, δακτυλίους, καταπλάσματα,
πομφόλυγας, ἀποδέσμους, ὀλίσβους, σάρδια,
ὑποδερίδας, ἑλικτῆρας, ἄλλα πολλά θ' ὧν
οὐδ' ἂν λέγων λῆξαι τις.

Pollux VII 95: *Οὐδ' ἂν εἴη φαῦλον τούτοις ὑποθεῖναι λέξιν ἐκ Θεσμοφοριαζουσῶν Ἀριστοφάνους, ἐπεὶ πολλὰ εἴδη ἐν αὐτῇ περιέχει γυναικείων φορημάτων, ἃ καὶ τοῖς περὶ κόσμον ἂν ἁρμόσειε ταῦτα· Ξύρον, κάτοπτρον κτλ.* **et Clemens Alex. Paedag. II p. 209:** *Πάνυ γοῦν ἐπιψόγως πάντα τὸν γυναικεῖον καταλεγόμενος κόσμον Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὑποδείκνυσιν· παραθήσομαι δὲ αὐτὰς τοῦ κωμικοῦ τὰς λέξεις, διελεγχούσας ἀκριβῶς τὸ φορτικὸν ὑμῶν τῆς ἀπειραγαθίας· Μίτρας, ἀναδήματα, νίτρον καὶ σιδήριον, κίσηριν κτλ.* **Vs. 1 vulgo** *νίτρον.* **at** *λίτραν* **vel** *λίτρον* **codd. Photius p. 227 23:** *Λίτρον· οὐ νίτρον Ἀττικοί. οὕτως Ἀριστοφάνης.* — **Vs. 2. Respicit hunc locum Pollux V 101, qui recte animadvertit comicum poetam nonnulla libere finxisse, quae per iocum referret inter mulierum ornamenta, quale est v. 3** *ὄλεθρον τὸν βαθύν,* **v. 14** *ὀλίσβους.* **non tamen omnia ex Aristoph. Thesm. petita puto, sed alia ex Pherecratis** *Λήροις.* **dicit autem** *Καὶ ἄλλους δέ τινας κόσμους ὀνομάζουσιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι, λῆρον, ὀχθοίβους, ὄλεθρον, ἐλλέβορον, πομφόλυγας, βάραθρον, περιστέρια, σαμάκια, σισύμβριον, σισάριον. ὧν οὐ ῥᾴδιον τὰς ἰδέας συννοῆσαι διὰ τὸ μηδὲ πρόχειρον εἶναί τινα κατιδεῖν εἴτε σπουδάζοντες εἴτε παίζοντες χρῶνται τοῖς ὀνόμασιν. ἴσως δ' ἂν τοῖς κόσμοις προσήκοι καὶ τὸ ἔντριμμα, ψιμύθιον, ἔγχουσα,*

φῦκος, καὶ τὰ ὑπογράμματα — Vs. 3 ἔγχουσαν] Vulgo ἄγχουσα. Brunckius ἄγχουσαν, Atticam formam restituit Dindorfius. ὄλεθρον] Hesychius: Ὄλεθρος βαθύς· ἔνιοι ἐπὶ κόσμου γυναικείου· ἀπώλεια. — Vs. 4 στρόφια scripsi, vulgo στρόφιον, quod metro repugnat, nonnulli codd. στρόφον, quod minus commodum videtur, et στρόφιον etiam Clemens tuetur, adde Pollucem V 96: Καὶ στρόφιον καὶ ὀπισθοσφενδόνην παρὰ Ἀριστοφάνει. quod pertinet ad hunc ipsum locum, etsi στρόφιον etiam alibi legitur apud Aristophanem, ut in Thesmophor. v. 146. 258. 262. 645 et in Lysistr. 930. Cfr. Pherecrates in Λήροις Fragm. I. Μίτραν ἁλουργῆ, στρόφιον, ὄχθοιβον, κτένα. Cfr. Boeckh. C. Inscr. I n. 150 et 151. Ὀπισθοσφενδόνη respicit Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 1: ἡ δέ, φασὶ καὶ ὀπισθοσφενδόνη παρὰ τοῖς κωμικοῖς. — Vs. 5 apud Clementem male legitur: ὀπισθοκάλυμμα, φῦκος, περιδέρρεα. ὑπογράμματα. respicit hue Etym. M. p. 782 12: Ὑπόγραμμα· τὸ Ἁρματίου ὑπόμνημα, ᾧ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσι· καὶ ὑπογεγραμμένη, ἐστιβισμένη. — Vs. 6 τρυφοκαλάσιριν] apud Pollucem additur vulgo γρύφωμα λάσειριν, sed recte omittunt codd. Hesychius: Τρυφοκαλάσιρις (cod. τρύφος καλασιρίς)· ἔνδυμα γυναικεῖον. Idem: Καλάσιρις· χιτὼν πλατύσημος ἢ ἡνιοχικὸς καὶ ἱππικὸς χιτών. ἔνιοι δὲ λινοῦν καὶ ποδήρη χιτῶνα ἰσχνόν. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. ἐλλέβορον] adde Hesychium: ἐλλέβορον — ἢ κόσμος γυναικεῖος χρυσοῦς. — Vs. 7 ζῶμα Clemens, apud Pollucem legitur ζῶσμα. ἀμπέχονον Pollucis codd. Vulgo ἀμπεχόνη. Salmasius scripsit ἀμπεχόνην, apud Clementem ἀμπεχόνιον. τρύφημα] πόρπημα Salmasius Exerc. Plin. p. 808. Sed recte Fritzschius coniunxit τρύφημα παρυφές, quamquam alias sic simpliciter παρυφὲς dicitur, vid. Pollux VII 55. — Vs. 8 χιτῶνα] κιθῶνα Clemens. κομμώτριον Iungermannus. Apud Pollucem κομμωτρίδιον, apud Clementem χιτώνιον. — Vs. 9 apud Pollucem haec leguntur ἕτερά τε ὅσα οὐδεὶς ἂν μνημονεύσειέ ποτε λέγων. ex quibus Brunckius trimetrum composuit: Ἕτερά γ' ὅσ' οὐδεὶς μνημονεύσειέν ποτ' ἄν, sed

plane praepostera et otiosa haec, si praegressus est ille versus, qui apud Clementem legitur; ac desunt illa in codd. Iungermanni et Kuhnii. — Vs. 10 ante *πλάστρα* Pollucis libri *τίγαστρα* vel *τρίγαστρα* inferunt, quod recte deest apud Clementem. *Μαλάκιον* legitur vulgo apud Pollucem, Clemens *μολόχιον*, denique Photius, qui hunc locum respicit p. 244 2: *Μαλάχιον*, inquit, *κόσμος χρυσοῦς γυναικεῖος. οὕτως Ἀριστοφάνης.* idque ipsum reponi iussit Dindorfius videturque sane haec forma in aliquot codicibus antiquis lecta esse, at *μαλάκιον* videtur Attico sermoni convenientius, itaque Pollux V 98 exhibet cfr. Hesychius: *Μαλάκιον· γυναικεῖον κοσμάριον.* et sic in Naevii Lycurgo apud Nonium v. crocotula lege: „Pallis, patagiis, crocotis, *malaciis, monilibus.*" *βότρυν*] Hesychius: *Βοτροιδία* (*Βοτρύδια*)· *ἐνωταρίων εἶδος. οἱ δὲ βότρυς. ἢ Θεσμοφοριάζουσιν.* recte Dindorfius *Θεσμοφοριαζούσαις*, sed Aristophanis nomen non necesse est restitui. — Vs. 11 *χλίδωνα* Dindorfius scripsit ex Theodosi adnotatione: *Τὰ εἰς δων λήγοντα βαρύτονα δισύλλαβα διὰ τοῦ ω̄ κλίνεται — χλιδὼν ωνος, σημαίνει δὲ τὸν περὶ τοὺς βραχίονας κείμενον κόσμον*, vulgo *χλιδῶνα. ἀμφιδέας*] Harpocratio: *Ἀμφιδέαι· εἰσὶ περισκελίδες τινές. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* — Vs. 12 Pollux X 167: *Ἡ δὲ ἄλυσις οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ γυναικείου κόσμου ὠνόμασται παρὰ Ἀριστοφάνει· Σφραγῖδας, ἁλύσεις. καταπλάσματα*] *καταπετάσματα* Pollux. — Vs. 13 *Πομφόλυγας* respicit Moeris p. 301: *Πομφόλυγας· τὰ δερμάτια, ἃ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αἱ γυναῖκες ἔχουσιν. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. ὀλίσβους* codd. Pollucis omnes, praeter Falkenb. qui *σολλοὺς βοεῖς* exhibet; vulgo *ὀλίσκους* v. 14: *ὑποδερίδας* Salmasius et Brunckius, apud Pollucem vulgo *ὑποδέρεις*, codd. Iungerm. et Kuhnii *ὑποδερεῖς*. Clemens *ὑποθερίδας*. Post *ἑλικτῆρας* vulgo apud Pollucem legitur: *ἄλλ' ἀφ' ὧν οὐδ' ἂν λέγων λέξαις*, quae cum a codd. Iungermanni et Kuhnii absint, nec apud Clementem legantur, plane delenda censet Dindorfius, cui iure refragatur Fritzschius p. 57, qui scripsit *ἄλλα πολλά θ', ὧν οὐδ' ἂν*

λέγων λῆξαι τις, quod recepi. quamquam fateor aliam quoque coniecturam mihi in mentem venisse: apud Clementem enim haec subiiciuntur illis versibus: *Ἐγὼ μὲν ἔκαμον καὶ ἄχθομαι λέγων τὸ πλῆθος τῶν κοσμίων· τὰς δὲ καὶ θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὡς ἄρα οὐκ ἀποκναίονται, τοσοῦτον ἄχθος βαστάζουσαι.* Et priora quidem certe aliqua ex parte ad poetae similitudinem composita videntur, ita ut fortasse scribendum sit, *ἄλλα πολλά θ', ὧν Οὐδ' ἂν λέγων λέξαις τὸ πλῆθος κοσμίων.* quemadmodum dixit Eubulus apud Athenaeum IV p. 169 F: *Τρυβλία δὲ καὶ βατάνια καὶ κακκάβια καὶ Λοπάδια καὶ πατάνια πυκνά, τάρφεα, Κοὐδ' ἂν λέγων λέξαιμι.* Sed fortasse omnia illa ex Aristophane petita sunt, ita ut servata Fritzschii coniectura, ille locus sic sit redintegrandus: *Ἄλλα πολλά θ' ὧν Οὐδ' ἂν λέγων λήξαι τις· ἐγὼ μὲν ἄχθομαι Τῶν κοσμίων λέγων τὸ πλῆθος κἄκαμον.* Virum enim ista ornamenta mulierum recensere consentaneum est, quod vel indicat Fr. V, quod ad eiusdem orationis exordium spectat. Ceterum hunc locum respexit Aelian. Var. Hist. I 18, ubi de mulierum elegantia et cultu delicato dixit: *Τῶν δὲ Ἀττικῶν γυναικῶν τὴν τρυφὴν Ἀριστοφάνης λεγέτω.*

VII.

Καὶ κατ' Ἀγάθων' ἀντίθετον ἐξευρημένον.

Grammaticus Bekk. Anecd. I p. 410 14: *Ἀντίθετον· τὸ σχῆμα τῆς φράσεως, ὡς ἡμεῖς Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· Καὶ κατ' Ἀγάθωνα κτλ.* cod. *καταγαθὸν* quod correxit Bekkerus. Antitheta enim ex Gorgiae praeceptis captabat Agatho, vid. Athenaeus V p. 187 C: *χλευάζει μὲν τὰ ἰσόκωλα τὰ Ἀγάθωνος καὶ ἀντίθετα.* Aelian. Varr. Hist. XIV 13: *Πολλὸν καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων κτλ.* rideturque eo nomine Agatho etiam in Thesmophoriazusis prioribus vid. v. 147 all.

VIII.

Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι.

Zonaras I p. 195: *Ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον ἀπῄει.* —

τὸ δ' ἀναβὰς τὸν ἵππον οὐ πάνυ δόκιμον. *'Αριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· 'Αναβῆναι κτλ.* Respicit haec Moeris p. 8: *'Αναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι· 'Αττικῶς· ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γυναῖκα βούλομαι, 'Ελληνικῶς.* Cfr. de hoc loco Fritzschius p. 60 qui ab Agathone haec dicta existimat.

IX.

"Αμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα.

Pollux IX 36: *Ταῦτα δὲ καὶ ἄμφοδά ἐστιν εὑρεῖν κεκλημένα, οὐ παρ' 'Αριστοφάνει μόνον, εἰπόντι ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, "Αμφοδον — ἀλλὰ καὶ παρ' 'Υπερίδῃ κτλ.* Illustrantur haec loco Etymolog. M. p. 94 26: *λέγει δὲ Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος ἐτυμολ. τὸ 'Αμφίων, ὅτι 'Αμφίων παρὰ τὴν ἄμφοδον ἤγουν παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι* (corrigendum videtur: *παρὰ τὸ ἀμφὶ τὴν ὁδὸν ἤγουν παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι*) *ὁ δὲ 'Αριστοφάνης κωμικευόμενος λέγει, ὅτι οὐκοῦν "Αμφοδος ὤφειλε κληθῆναι.* Itaque risit Euripidis Antiopam, qui in illa fabula similiter luserat in Zethi nomine Fr. I:

Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

X.

Σακίον, ἐν οἷσπερ τἀργύριον ταμιεύεται.

Pollux X 152: *Καὶ σακίον, ὅταν φῇ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· Σακίον κτλ.*

XI.

'Αγαθὰ μεγάλα τῇ πόλει
ἥκειν φέροντάς φασι τοὺς Πυλαγόρας
* * * * * *καὶ τὸν ἱερομνήμονα.*

Scholiasta Nubb. 623: *'Ιερομνήμονας ἔπεμπον εἰς Πυλαίαν καὶ Πυλαγόρας. 'Αριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· 'Αγαθὰ κτλ.* Respicit Harpocratio *Πύλαι — ἐπέμποντο δὲ*

ἐκ τῶν πόλεων τῶν μετεχουσῶν τῆς Ἀμφικτυονίας τινές, οἵπερ ἐκαλοῦντο Πυλαγόραι. μνημονεύουσι δὲ τούτων πολλοὶ ὥσπερ — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς δευτέραις Θεσμοφοριαζούσαις. Indicavi lacunam v. 3. Ceterum Fritzschius p. 81 ex hoc loco coniecturam fecit de tempore, quo haec fabula docta sit, satis illam quidem incertam.

XII.

Ὡς διά γε τοῦτο τοὔπος οὐ δύναμαι φέρειν
σκεύη τοσαῦτα καὶ τὸν ὦμον θλίβομαι.

Scholiasta Ranarum v. 3: *Νὴ τὸν Δί' ὅτι βούλει γε, πλὴν πιέζομαι· Ἴδιον αὐτοῦ τὸ εἰς ταῦτα ὀλισθαίνειν, ὡς καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις θεράπων φησίν· Ὡς διά γε τοῦτο κτλ.* Aristophanem non descivisse ab antiqua illa consuetudine, etsi aemulos eo nomine saepius risit, docui in Comment. p. 272 *φέρειν σκεύη* Seidlerus. Legebatur *σκεύη φέρειν.*

XIII.

Οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας, ὅτε
εἶπέν μ' ὁ κήρυξ, οὗτος ἀλφάνει.

Suidas et Grammaticus Bekkeri p. 382 8: *Ἀλφάνει· εὑρίσκει, Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* Meinekius II 1 p. 531 coniicit *ὠνὴν ἀλφάνει.* Haec ex eodem loco petita videntur.

XIV.

Τὴν πτέρυγα παραλύσασα τοῦ χιτωνίου
καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια.

Pollux VII 66: *Ἄντικρυς δὲ τὸ νῦν καλούμενον ὑπὸ τῶν γυναικῶν στηθόδεσμον ἀπόδεσμον ἐκάλουν. εὕροις δ' ἂν ὀνομαζόμενον ἀπόδεσμον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους· Τὴν πτέρυγα κτλ.* Vulgo *παραλύσασαν*, correxit Brunckius, idem male *τὰ τιτθία* scripsit, quamvis probante Dindorfio.

XV.

Ἦν μέγα τι χρῆμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική,
ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
λαμπρὸν ἐνομίζετ' ἀπόνως παραβεβλημένον,
ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

Athenaeus III p. 117 C: *Παρέλιπεν ὁ τένθης Ἀρχέστρατος συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος. — ὅτι δὲ διαβόητον ἦν τὸ τοῦ Κράτητος ἐλεφάντινον τάριχος μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις διὰ τούτων. Ἧ μέγα τι βρῶμ' ἐστὶν ἡ τρ. κτλ.* Vs. 1 legitur *Ἧ μέγα τι βρῶμ' ἐστιν ἡ τρυγῳδοποιομουσική*, quod defendit Fritzschius p. 72, et sane eodem numero usus est et ipse Aristophanes alias, ut in Lysistrata v. 1014 sqq. et Crates in Samiis eo ipso loco, quem respexit poeta: displicet tamen haec ratio: itaque recepi Elmsleii emendationem, vid. ad Acharn. v. 499. Porsonus Miscell. p. 236 scripsit: *Ἧ μέγα τι βρῶμ' ἔνι τρυγῳδοποιομουσικῇ*. Fortasse tamen praestat: *Ἧ μέγ' ἦν τι χρῆμ' ἔθ' ἡ τρυγῳδοποιομουσική*, sive *Ἦν μέγ' ἄρα τι χρῆμ' ἔθ' ἡ τρ.* ut versus trochaicus sit, quod numerorum genus saepe cum paeonicis copulatur, vid. Vesp. v. 1283. 1291. — Vs. 2 *ἡνίκα* Porsonus et Elmsleius, cod. A *ἡνί.* ceteri *ἥν.* — Vs. 3 *ἐνομίζετ'* scripsi, vulgo *ἐνόμιζεν*, Casaubonus *ἐκόμιζεν*, quod nescio cur probaverint homines docti. *παραβεβλημένον* cod. P *παρακεκλημένον.* Ceterum Cratetis locum, quem Aristophanes dicit tanto risu applausuque exceptum fuisse, vid. in Samiis Fr. I: *Σκυτίνῃ ποτ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον Ἧψε ποντιὰς χελώνη πευκίνοισι κύμασιν*, et quae praeterea frigide sane et subabsurde lusit ille comicus poeta. Satis autem superque Aristophanes indicat, suos aequales abiectis his dicteriis non contentos esse, sed altius et subtilius quid requirere.

XVI.

Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους
μήτε Χάριτας βοᾶν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας·
ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.

Hephaestio p. 73 Gaisf.: — *ἐν δὲ ταῖς δευτέραις* (libri *προτέραις*) *Θεσμοφοριαζούσαις καὶ κρητικοὺς πολλάκις ἐν μέσοις τοῖς τετραμέτροις παρέλαβε· Μήτε κτλ.* Non sine superbia quadam de se ipse loquitur poeta, aemulos vituperans, quippe qui saepe sed frustra Musarum Gratiarumque auxilium invocent. Satis probabiliter autem Fritzschius ad hunc ipsum locum rettulit duos alios versus, qui comoediae nomine omisso a Suida et Grammatico in Bekkeri Anecd. I p. 415 29 afferuntur: *Ἀπὸ ἀκροφυσίων λόγους ἐπιδεικνύναι· οἱονεὶ καινοὺς καὶ νεοποιήτους. Ἀριστοφάνης·*
Ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνι' ἐπιδεικνύναι
πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων κἀπὸ κιναβευμάτων.
tanta enim et numerorum et argumenti similitudo est, ut vix ad aliam comoediam pertinere possint.

XVII.

Ἅμα δ' ἠπίαλος πυρετοῦ πρόδρομος.

Scholiasta Vesparum v. 1033: *Ἠπίαλος τὸ τοῦ πυρετοῦ κρύος. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ Θεσμοφοριαζούσαις· Ἅμα δ' ἠπίαλος κτλ.*

XVIII.

Pollux IX 69: *Ἐγὼ δὲ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους εἰρημένον Τὸ χαλκίον θερμαίνεται οὕτω πως ἤκουον, ὡς εἰς πότον εὐτρεπιζομένων τῶν γυναικῶν. ταυτὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν εἰρημένον.* Fritzschius scripsit *θερμαίνετε* p. 33, quemadmodum est in loco illo Eupolidis apud Athen. III p. 123 A: *Τὸ χαλκίον Θέρμαινέ θ' ἡμῖν καὶ θύη πέττειν τινὰ Κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.* At non opus est ista

coniectura, alterum quoque satis recte dicitur, cfr. Antiatticista Bekkeri I p. 99 21: *Θερμαίνεσθαι. οὐ μόνον τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ καὶ τὸ λεβήτιον ἢ χαλκίον.*

XIX.

Scholiasta Platonis p. 370 ed. Bekk.: *Ἀγὼν πρόφασιν οὐ δέχεται, ἐπὶ τῶν φύσει ῥᾳθύμων καὶ ἀμελῶν, ἤτοι ἐπὶ τῶν μὴ προσιεμένων τοὺς λόγους τῶν προφασιζομένων. μέμνηται δὲ αὐτῆς — — καὶ Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β΄. β΄* omittit cod. Clark.

XX.

Photius p. 235 6 et Suidas: *Λύκος ἔχανεν· παροιμία. λέγουσι δὲ τὸν λύκον, ἐπειδὰν ἁρπάσαι τι βούληται, κεχηνότα παραγίνεσθαι ἐπ' αὐτό. ὅταν οὖν μὴ λάβῃ ὃ προαιρεῖται, κατὰ κενοῦ αὐτὸν χανεῖν φασιν. ἐπὶ* (*ἐπὶ οὖν* Suidas) *τῶν συνελπιζόντων χρηματιεῖσθαι, διαμαρτανόντων δὲ λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β΄.*

XXI.

Antiatticista Bekkeri Anecd. p. 78 24: *Ἀμεινόνως. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*

XXII.

Hesychius: *Βαρβός· μύστρον. ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* si integrum est vocabulum.

XXIII.

Aspasius ad Aristot. Eth. p. 58 A ed. Ald.: *Βαυκὸν — τρυφερόν, ὡς ὁ ποιητὴς Ἀραρὼς ἐν Καμπυλίωνι· Βαυκά, μαλακά, τερπνά, τρυφερά. Μετενηνέχθαι δ' ἔοικεν τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν βαυκίδων, ὅ ἐστιν εἶδος ὑποδημάτων Ἰωνικῶν, οἷς αἱ Ἰάδες χρῶνται, οὗ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις μέμνηται.*

XXIV.

Antiatticista in Bekkeri Anecd. I p. 58 82: *Διαλέξασθαι· Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* Eodem respicit

Pollux II 125: *Ὑπερίδης διειλεγμένος ἐπὶ ἀφροδισίων, Ἀριστοφάνης δὲ διαλέξασθαι ἔφη.* et fortasse Phrynichus in Bekkeri Anecd. I p. 37 4: *Διαλέξασθαι, οὐ μόνον διαλεχθῆναι.*

XXV.

Antiatticista Bekkeri Anecd. I p. 96 25: *Ἐπανορθώσασθαι. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.*

XXVI.

Photius p. 204 10 et Suidas: *Λακωνίζειν· παιδικοῖς χρῆσθαι. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β΄.* Adde Photium p. 192 14: *Κυσολάκων ὁ Κλεινίου· ὁ τῷ κυσῷ λακωνίζων· τὸ δὲ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι λακωνίζειν ἔλεγον· Μελαίνῃ γὰρ Θησεὺς οὕτως ἐχρήσατο, ὡς Ἀριστοτέλης.* Recte Meineke II 1 p. 200 corrigit *Ἀριστοφάνης.*

XXVII.

Athenaeus XIV p. 619 A: *Καὶ τῶν πτισσουσῶν ἄλλη τις (ᾠδή), ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις καὶ Νικοχάρης ἐν Ἡρακλεῖ χορηγῷ.*

Κ Ω Κ Α Λ Ο Σ.

Hanc comoediam unam ex ultimis esse docent veteres grammatici, vid. Argument. Pluti: *Τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συστῆσαι Ἀραρότα δι' αὐτῆς τοῖς θεαταῖς βουλόμενος τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα.* Verba *δι' αὐτῆς* aperte falsa sunt, nam non Ararotis, sed suo nomine Plutum docuit, quod etiam firmat scholiasta ad v. 173: *Δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν δευτέρῳ φέρεσθαι, ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον.* licet in vita Aristoph. p. XXXVIII 5 ed. Inv. haec quoque fabula

Araroti tribuntur: *καὶ οὕτω μετήλλαξε τὸν βίον, παῖδας καταλιπὼν τρεῖς, Φίλιππον ὁμώνυμον τῷ πάππῳ καὶ Νικόστρατον καὶ Ἀραρότα, δι' οὗ καὶ ἐδίδαξε τὸν Πλοῦτον.* At ut vita illa turpiter interpolata est, ita etiam hic locus labem aliquam contraxit: perpendas enim totum locum accuratius et senties omnia temere esse perturbata: primum enim auctor ille vitae Aristophaneae tradit poetam fracta comoediae libertate et sumtu imminuto Cocalum docuisse, tum *rursus* licentia coercita et chori dignitate sublata Plutum edidisse, tum haec addidit: *ἐν τούτῳ τῷ δράματι συνέστησε τῷ πλήθει τὸν υἱὸν Ἀραρότα.* Haec prorsus inepta sunt: apparet auctorem huius vitae antiqua illa Pluti didascalia usum esse, et tamen, quamvis vel ipsa propemodum verba repetat, mirum dictu, prorsus contraria sibique adversantia referre: contendit enim bis comoediae licentiam circa illam aetatem refrenatam esse, contendit Cocalum priorem esse Pluto, et Plutum ultimam omnino fabulam ante obitum poetae, contendit Aristophanem per Plutum commendare voluisse filium, et ut ne hoc, novum sane et inauditum, in tenebris delitescat, denuo repetit, per Ararotem commissum esse Plutum. At facile hae quidem difficultates tolluntur: nam apparet temere interpolatum esse illum locum, cum quae lector aliquis multo post margini adscripsisset, per errorem irrepsissent: ita enim haec constituenda sunt:

Ἐγένετο δὲ καὶ αἴτιος ζήλου τοῖς νέοις κωμικοῖς, λέγω δὴ Φιλήμονι καὶ Μενάνδρῳ. ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγικοῦ, ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινα, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων πρὸς τὸ χορηγεῖν καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τούτων αὐτῶν, αἴτιον γὰρ κωμῳδίας τὸ σκώπτειν τινάς, ἔγραψε [κωμῳ-

Πάλιν δὲ ἐκλελοιπότος καὶ τοῦ χορηγεῖν τὸν Πλοῦτον γράψας εἰς τὸ διαναπαύεσθαι τὰ σκηνικὰ πρόσωπα καὶ μετεσκευάσθαι, ἐπιγράφει χοροῦ, φθεγγόμενος ἐν ἐκείνοις ἃ καὶ ὁρῶμεν τοὺς νέους ἐπιγράφοντας οὕτως ζήλῳ Ἀριστοφάνους.

δίας τινὰς] Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμὸν καὶ τἄλλα πάντα ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος. Ἐν τούτῳ δὲ δράματι συνέστησε τῷ πλήθει τὸν υἱὸν Ἀραρότα καὶ οὕτω μετήλλαξε τὸν βίον, παῖδας καταλιπὼν τρεῖς, Φίλιππον ὁμώνυμον τῷ πάππῳ καὶ Νικόστρατον καὶ Ἀραρότα. Τινὲς δὲ δύο φασί, Φίλιππον καὶ Ἀραρότα κτλ.

Δι' οὗ καὶ ἐδίδαξε τὸν Πλοῦτον.

Iam optime omnia procedunt: auctor vitae, homo non indoctus, tradit eo tempore, quo comoediae licentia effrenata legibus restincta fuerit, Aristophanem necessitate coactum esse, ut eiusmodi argumenta eligeret, in quibus postea recentiores comici poetae elaboraverint: huius rei documentum Cocalum fabulam exhibet, quam quidem Aristophanes non suo, sed Ararotis filii nomine docuerit: non ita multo post poetam e vita decessisse tresque filios reliquisse. Haec et inter se apta atque congrua sunt et locupletium testium auctoritate firmantur: prorsus enim conveniunt cum ista didascalia. Iam vero postea imperitus homo, qui Plutum legerat repereratque ibi adnotatum, aliquando comoediae libertatem fractam esse et tunc Aristophanem docuisse Plutum, studuit his illa amplificare et supplere: sed ut ista inter se conciliaret, fingit denuo circumscriptam esse comoediam arctioribus finibus, et post Cocalum editum esse Plutum: post rursus, ubi Ararotis mentio facta est, margini adscripsit ista: *δι' οὗ καὶ ἐδίδαξε τὸν Πλοῦτον*, utrumque additamentum cum irrepsisset, bis idem dixisse visus est auctor, quod quam sit absurdum, facile quilibet intelligit: iam eiectis istis additamentis integra omnia sunt. *)

---

*) Consimilis error est admissus in eadem vita supra p. XXXVII 3.

Cocalum autem prope ad novae comoediae poesin accessisse idem vitae auctor tradit etiam p. XXV 23: *Πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν*, quod alius Grammaticus ibidem p. XXXIII etiam de Pluto perhibet: *ὁ μέντοι γε Ἀριστοφάνης μεθοδεύσας τεχνικώτερον τῆς μεθ' ἑαυτοῦ τὴν κωμῳδίαν, ἐνέλαμψεν ἐν ἅπασιν, ἐπίσημος ὀφθεὶς οὕτως, καὶ οὕτω πᾶσαν κωμῳδίαν ἐμελέτησε. καὶ γὰρ τὸ τούτου δρᾶμα ὁ Πλοῦτος νεωτερίζει κατὰ τὸ πλάσμα, τήν τε γὰρ ὑπόθεσιν οὐκ ἀληθῆ ἔχει καὶ χορῶν ἐστέρηται, ὅπερ τῆς νέας ἦρχε κωμῳδίας.* Itaque non est mirum, quod Clemens Alexandrinus Strom. VI p. 752 perhibet Philemonem hac fabula usum esse in Subditio: *Τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους υἱεῖ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν*, arguit hic locus nihil aliud, quam permagnam argumenti similitudinem inter utramque comoediam intercedere, ita ut alter ab altero poeta multa sit mutuatus: quod quo iure contendat Clemens, non possumus diiudicare, cum Philemonis fabulae memoria propemodum sit evanida. Non tamen ex hoc loco colligam, quod Meinekius Menand. p. XL arbitratur, Hypobolimaeum primam fuisse Philemonis fabulam et quasi exordium novae comoediae inde repetendum esse.

Et nomen quidem traxit fabula a Cocalo, Camiciorum rege, qui Daedalum profugum comiter excepit, eumque ab insidiis Minois defendit, quin ipsum Minoem in balneis aqua calida exstinxit, vid. Diodor. IV c. 77 sqq. Hygin.

τούτου χάριν ἐπῃνέθη καὶ ἐστεφανώθη θαλλῷ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ὃς νενόμισται ἰσότιμος χρυσῷ στεφάνῳ, εἰπὼν ἐκεῖνα ἐν ταῖς Βατράχοις·

Τὸν ἱερὸν χορὸν δίκαιον πολλὰ χρηστὰ τῇ πόλει
συμπαραινεῖν.

[*Ὠνομάσθη δὲ ἀπ' αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἔνδοξον, τὸ μέτρον τὸ Ἀριστοφάνειον.*] *Οὕτω δὲ γέγονε ἡ φήμη τοῦ ποιητοῦ κτλ.* quae inclusi, adscripta erant margini ab grammatico, ut indicaret tetrametros trochaicos Aristophanium vocari metrum.

c. 44 al. At vero in reliquiis fabulae admodum pauca reperiuntur, quae illuc possint referri, maximeque obscurum est, quo pacto id, quod Grammaticus dicit *εἰσάγει φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμὸν καὶ τἄλλα πάντα, ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος*, conveniat cum hoc argumento: videtur enim Aristophanes aut diversam prorsus famam secutus esse, aut ipse suo ingenio Minois Cocalique fata immutasse et finxisse.

I.

Πάρες, ὤ, κατέτριβεν ἱμάτια κἄπειτά πως
Φῴδας τοσαύτας εἶχε τὸν χειμῶν' ὅλον.

Erotianus p. 388 ed. Franz: *Φῴδες· ἔστι μὲν ἡ λέξις Δωρική, καλοῦσι δὲ φῴδας τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσωσι, στρογγύλα ἐπιφλογίσματα. — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ* (codex unus *κολάκῳ*) *φησί· Παρέσο κατέτριβεν ἱμάτια. κἄπειτα πῶς φῴδας τοσαύτας εἶχε τὸν χειμώναυλον.* Ultimum illud *χειμώναυλον* correxit Seidlerus, *πάρες ὤ* ego scripsi, quemadmodum est apud Euripidem in Bellerophonte Fragm. XVI: *Πάρες, ὦ σκιερὰ φύλλας, ὑπερβῶ Κρηναῖα νάπη.* Cfr. Aristoph. Vesp. v. 754. Male autem haec inter duas personas distribuunt: immo loquitur aliquis de Minois interfecti corpore, quem cum nescio quis in balneis exinctum esse ex pustulis coniiciebat, alter dicit Minoem propter detritum vestimentum per totam hiemem prope apud ignem consedisse. *Φῴδες* autem quid sit docet etiam Eustath. Iliad. p. 943: *Καὶ φῴδες αἱ ἀπὸ φλογὸς φλύκταιναι, ὧν καὶ ὁ κωμικὸς μέμνηται.* adde Phrynich. apud Bekker. Anecd. I p. 70 27. Maxime conferas Aristoph. Plut. v. 535: *Πλὴν φῴδων ἐκ βαλανείου.* ubi scholiasta: *ἐκ βαλανείου δέ, διὰ τὸ τοὺς πένητας ἀποροῦντας ἐνδυμάτων διὰ τὸ ψῦχος ἐν βαλανείοις καθεύδειν καὶ ἐκ θέρμης ἢ ἀέρος αὐτοὺς ἐξιόντας παραχρῆμα προσβαλόντος φλυκταίνας ποιεῖν*, quae satis hunc locum illustrant: videtur enim poeta Minoem tanquam mendicum aliquem induxisse; ita ut post caedem demum perpetratam pateret, quis esset.

II.

Ἀλλ' ἐστίν, ὦ πάτερ, κομιδῇ μεσημβρία,
ἡνίκα γε τοὺς νεωτέρους δειπνεῖν χρεών.

Athenaeus IV p. 156 B: *Καὶ ὁ καλὸς δ' Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ ἔφη· Ἀλλ' ἐστὶν κτλ.* **Vulgo** *ἡνίκα καὶ τούς.* **quod correxit Dindorfius.**

III.

Α. Ἡ λοιδορία τις ἐγένεθ' ὑμῖν; Β. πώμαλα·
οὐδ' εἶπον οὐδέν.

Harpocratio: *Πώμαλα· ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς. — πολὺ δέ ἐστιν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ. Ἀριστοφάνης Λοιδορία κτλ.* **Suidas:** *Πώμαλα· κεῖται — παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Κωκάλῳ. δεῖ δὲ ἀναγινώσκειν ὑφ' ἓν πώμαλα.* **Vs. 1 Toupius in Emend. II p. 93** *ἢ λοιδορία* **vel** *διαλοιδορία,* **scripsi** *ἡ λοιδ.* **deinde codd. Med. B. C. G.** *ἐγέννηθ' ἡμῖν.* **— Vs. 2 vulgo** *οὐδὲν εἶπον οὐδενί.* **sed B. C. G.** *οὐδὲ εἶπον,* **B** *οὐδενίν.* **C** *οὐδέν.* **Probabiliter autem Fritzschius v. 2 supplevit:** *Οὐδ' εἶπον οὐδὲν πρὸς σὲ κῦρον, ὦ γύναι.* **apud Hesychium enim legitur, s. v.** *κῦρον. Κῦρον· Οὔτ' εἶπον οὐδὲν πρὸς σὲ κῦρον, ὦ γύναι. σοὶ ἀνῆκον, εἰς σὲ τεῖνον.*

IV.

Ἐκδότω δέ τις
καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο.

Photius p. 658 14: *ὧδε· οὐ μόνον τὸ οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνθάδε, ὡς ἡμεῖς — Ἀριστοφάνης Κωκάλῳ· Ἐκδότω δέ τις καὶ ψηφολογίον κτλ.* **Eadem Suidas v.** *ὧδε,* **ubi** *ψηφολόγον.*

V.

Κοφίνους δὲ λίθων ἐκέλευες
ἡμᾶς ἱμᾶν ἐπὶ τὸν κέραμον.

Pollux VII 162: *Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τέγος οὐ μόνον οἱ νῦν κέραμον ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἂν ἐοίκοι*

καλεῖν εἰπὼν ἐν Κωκάλῳ Κοφίνους δὲ λίθων ἐκέλευον ἡμᾶς ἐπὶ τὸν κέραμον. Cod. Kuhnii et Iungermanni *ἐοίκοι καλεῖν εἰπὼν ἐν κωλάκῳ* (cod. Iungerm. *Κωκάλῳ*) *κοφίνους δὲ κάλων ἐκέλευες ἡμᾶς ἐπὶ τῶν λίθων κεκέραμον.* recte Kuhnius desiderari verbum *ἱμᾶν* intellexit, at non debebat *ἡμᾶς* eiicere, elapsum est illud vocabulum, itaque utrumque scripsi. Ceterum cfr. Phrynichum Bekkeri Anecd. I p. 47 18 *Κέραμον, ὡς ἡμεῖς, τὸν ἐπὶ τοῦ στέγους.*

VI.

Ἤμουν ἄγριον
βάρος· ἤγειρεν γάρ τοί μ' οἶνος
μὴ συμμιχθεὶς Ἀχελώῳ.

Macrobius Saturnal. V 18: „Apud quos (Graecos) proprie in aquae significationem ponebatur Achelous. neque id frustra. nam caussa quoque eius rei cum cura relata est. Sed priusquam caussam proponam, illud antiquo poeta teste monstrabo, hunc morem loquendi pervagatum fuisse ut Acheloum pro quavis aqua dicerent. Aristophanes vetus comicus in comoedia Cocalo sic ait, *ἤμουν ἄγριον βάρος. ἤτειρεν γάρ τοί μ' οἶνος οὐ μιγεὶς πόμ' Ἀχελώῳ.* gravabar, inquit, vino, cui aqua non fuisset admixta, id est mero." Dindorfius existimavit esse glyconeos *Ἤμουν ἄγριον βάρος· Κἄτειρε γάρ οἶνος οὐ Μιγεὶς Ἀχελώῳ.* quae coniectura minus probabilis videtur, restitui igitur anapaestos.

VII.

Athenaeus XI p. 478 D: *Κοτύλη·* Ἀριστοφάνης *Κωκάλῳ· Ἄλλαι ὑποπρεσβυτέραι γρᾶες Θασίου μέλανος μεστὸν κεραμευομέναις κοτύλαις μεγάλαις ἔγχεον ἐς σφέτερον δέμας οὐδὲν ἄκοσμον, ἔρωτι βιαζόμεναι μέλανος οἴνου ἀκράτου.* Satis audacter hunc locum conformavit Dindorfius, qui magna ex parte Toupii secutus coniecturas Emend. II p. 94 has composuit tetrametrorum anap. reliquias: — *Ἄλλαι Ὑποπρεσβυτέραι γρᾶες Θασίου μέλανος μεστὸν* * * *Κεραμευομέναις κοτύλαις*

μεγαλαις σφέτερον δέμας οὐδένα κόσμον. At illud apparet non tam delenda esse ista, quod visum Dindorfio, quam plura excidisse, ita ut sententiarum ordo prorsus sit perturbatus, nec facile restitui possit: valde tamen displicet illud *κεραμενομέναις κοτύλαις μεγάλαις*, nescioque an scribendum sit: *κεραμενόμεναι κοτύλας μεγάλας*, quemadmodum dixit Pherecrates in Tyrannide Fragm. I de mulierum vinositate: *Εἶτ' ἐκεραμεύσαντο τοῖς μὲν ἀνδράσιν ποτήρια — Σφίσι δέ γ' αὐταῖσιν βαθείας κύλικας.*

VIII.

Zenobius VI 47: *Χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος· μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ εἴρηται δὲ παρόσον οἱ Κολοφώνιοι τὸν κάλλιστον χρυσὸν ἐργάζεσθαι νομίζονται.*

IX.

Hesychius: *Ἰπνός· — Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Κωκάλῳ καὶ τὸν κοπρῶνα οὕτως εἶπεν.* Pertinet huc Pollux V 91: *τὸν δὲ κοπρῶνα καὶ ἰπνὸν Ἀριστοφάνης καλεῖ.*

X.

Stephanus Byz. in v. *Κόρινθος, — καὶ κορινθιάζομαι τὸ ἑταιρεῖν ἀπὸ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρῶν. ἢ τὸ μαστροπεύειν. Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ.*

XI.

Gellius XIX 13: „*Νάνους* enim Graeci vocaverunt brevi atque humili corpore homines, paulum supra terram exstantes, idque ita dixerunt adhibita quadam ratione etymologiae cum sententia vocabuli competente, et, si memoria, inquit (Apollinaris), mihi non labat, scriptum hoc est in comoedia Aristophanis, cui nomen est *ἀκαλές*." Recte Brunkius *Κώκαλος*, codd. *ἀκαλές, ἀκλαής, ἀκλαιής, ἀκλανές.*

XII.

Pollux IV 187: *Καὶ στραγγουρία, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ.* Sic recte cod. Falkenb., vulgo comoediae nomen deest. Eadem vox legitur in Vesp. 810.

Λ Η Μ Ν Ι Α Ι.

Ut Euripidis Hypsipylen exagitaret Aristophanem hanc fabulam scripsisse coniicit Dindorfius, at penitus abiicienda est futilis ista opinio comicos poetas, ut tragoediam aliquam reprehenderent, integrum drama composuisse nihilque antiquius habuisse, quam ut hoc vel illud a tragico poeta perverse dictum facete luderent: quin Aristophanes fabula illa, quae est de Hypsipyle et Lemniis mulieribus est usus, tanquam involucro quodam, quo altius aliquod et sublimius consilium in medium proferret: sed quae est comicae artis natura, fieri non potuit, quin et in ipsa fabula, qualis erat ab antiquis tradita, et in tragicis poetis, qui in consimili elaboraverant argumento, multa haut inficete exagitaret Aristophanes. Et quod Dindorfius Euripidis Hypsipylen confert, prorsus falsum est, quandoquidem Euripidis tragoedia mortem Archemori ab Hypsipyle nutrice deserti continebat, vid. Plutarch. consol. ad Apoll. p. 110 et Sympos. IV 1 p. 664 F maximeque Apollodor. III 6: *αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν, διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται κτλ.* At vero Argonautarum Lemni adventum et Aeschylus et Sophocles tractaverant, vid. schol. Apoll. Rhod. I 773: *Ὅτι δ᾽ ἐμίγησαν οἱ Ἀργοναῦται ταῖς Λημνίαις Ἡρόδωρος ἱστορεῖ. Αἰσχύλος δ᾽ ἐν Ὑψιπύλῃ ἐν ὅπλοις φησὶν αὐτὰς ἐπελθούσας χειμαζομένοις τοῖς Ἀργοναύταις, μέχρις οὗ ὅρκον ἔλαβον παρ᾽ αὐτῶν ἀποβάντας μίσγεσθαι αὐταῖς· Σοφοκλῆς δὲ ἐν Λημνίαις καὶ μάχην ἰσχυρὰν αὐτὰς συνάψαι φησίν.* At quid potissimum spectaverit poeta arguit Fr. VII:

Καὶ τὴν κρατίστην δαίμον᾽, ἧς νῦν θερμός ἐσθ᾽ ὁ βωμός.

quod ad Bendin referendum esse docent grammatici: arguit autem hic versus tunc, cum poeta docuerit hanc fabulam, quam maxime Bendidis, Thraciae deae, religionem ferbuisse: contra hanc igitur Atheniensium in novis barbarisque religionibus admittendis levitatem, quae non minus quam impia mentis arrogantia polluebat et dissipabat sacra, Aristophanes Lemnias videbitur scripsisse; qui cum Argonautas Thraciae deae sacra facientes induxit, Atheniensibus foedae superstitionis, qua ipsi tenebantur, clarissimam exhibuit imaginem; ipsa autem illa fabula de Argonautarum cum Lemniis convictu satis opportuna fuit ad libidines Atheniensium, quae nocturnis Bendidis pervigiliis effrenate dominabantur, perstringendas. Tempus, quo fabula acta sit, definire difficillimum, cum aetatis notae, si a Dorilli dubia memoria discesseris, nullae reperiantur. Bendidis autem religio iam dudum apud Athenienses recepta, vide quae dixi in Comm. p. 74 sq. docuitque eodem consilio Cratinus Thressas circa Olymp. LXXXIV 2, vid. ibid. p. 79. At Aristophanis aetate videtur subito illa superstitio aucta et firmata esse, quod quidem accidisse puto eo tempore, in quod Siciliensis expeditio cadit: nullum enim unquam fuit tempus quo et impietas et superstitio vehementius Atheniensium perturbaverint animos. Olim quidem statui Olymp. LXXXIV publica auctoritate sancita esse Bendidia, atque ad eandem aetatem referebam diem, quo Plato fingit colloquium de re publica institutum esse: at quae nuper Boeckhius in indice Lectt. Berol. 1839 de hac re disseruit, iam multo probabilia arbitror, licet nondum omnes sublatae videatur difficultates: sed de his disserere longum est. Is igitur docuit colloquium illud non post Olymp. XCII 2—4 peroratum fingi, et Bendidia, quae Plato dicit tunc primum celebrata esse (*κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν, ἅ τε νῦν πρῶτον ἄγοντες*), necessario in idem tempus incidere. Iam igitur consentaneum est Bendidis religionem, quae primum clam se insinuavisset in vulgi

animos (et tunc quidem Cratinus Thressas docuit), mox gliscente superstitione publica auctoritate confirmatam esse: itaque ad illud ipsum tempus refero Aristophanis Lemnias.

I.

Λῆμνος κυάμους τρέφουσα ταχεροὺς καὶ καλούς.

Athenaeus VIII p. 366 E: *Πρὸς ταῦτα ἀπαντήσας ὁ Ζωΐλος ἔφη, Ἀριστοφάνης, ὦ οὗτος, ἐν Λημνίαις τὸ ταχερὸν ἔταξεν ἐπὶ τοῦ τρυφεροῦ, λέγων οὕτως· Λῆμνος κτλ.* Versus fortasse e prologo quasi quodam petitus, in quo poeta Lemniarum mulierum facinus exposuit: eodem pertinent subsequentia fragmenta.

II.

Ἐνταῦθα δ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴρ
Θόας, βραδύτατος ὢν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν.

Ammonius p. 138 ed. Valk.: *Τύραννον οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ βασιλέως ἔτασσον — Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις· Ἐνταῦθ' ἐτυράννευεν κτλ.* Interposui particulam *δέ*, Brunkius *ἐτυράννευέν ποθ' Ὑψιπύλης*, idem *βράδιστος*, pro vulg. *βραδύτερος*, scripsi *βραδύτατος*. At quod deinde legitur *τῶν ἐν ἀνθρώποις*, ferri nullo pacto potest, scripsi igitur *ὢν ἐν ἀνθρώποις*. Non illepide autem Aristophanes, cum Thoantem tardissimum omnium appellat nomenque hominis ingenio convenire negat, tragicorum consuetudinem ridet, qui omen quasi quoddam in ipso nomine indagare solebant, quemadmodum fecit Euripides in hoc ipso vocabulo Iphig. Taur. 31: *Οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς Ἐς τοὔνομ' ἦλθε τῆς ποδωκείας χάριν,*

III.

Τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο τοῖς παιδοσπόρους.

Grammaticus in Bekkeri Anecd. I p. 423 32: *Ἀπεχρήσαντο, διεχρήσαντο, ἀπέκτειναν. Λημνίαις Ἀριστοφάνης·*

Τοὺς ἄνδρας κτλ. Eadem Suidas *ἀπεχρ.* et omisso comoediae nomine Etymolog. M. p. 124 27. Adde Polluc. IX 153.

IV.

Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαρ' ἑστία (δέδεκται).

Scholiasta Aristoph. Acharn. v. 3 et Suidas s. v. *Ψαμμοκοσιογάργαρα.* — *καὶ τὰ γάργαρα δὲ ἐπὶ πλήθους ἐτίθετο ὡς ἐν Λίμναις* (Suidas *Λήμναις*, correxit Küster). *Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαιρ' ἑστία.* Toupius Emend. in Suid. VIII p. 400: *πᾶσ' ἐγάργαιρ' ἑστία*, at imperfectum ferri vix potest, cum ipsum Argonautarum adventum repraesentatum esse veri sit simillimum: itaque olim correxeram *πᾶσα γαργαίρει στόα*, vel *πᾶσα γαργαίρει πόλις*, quemadmodum Cratinus dixit ibid.: *Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις.* At vero scholiasta ille potius substantivi *γάργαρα* usum exemplo aliquo firmaturus est, itaque hoc restitui, addito *δέδεκται*, quod facile potuit elabi, sicuti statim ex Aristomenis Boethis haec affert: *Ἔνδον γὰρ ἡμῖν γάργαρα*, quae integra servavit Macrobius V 20: *Ἔνδον γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἀνδρῶν γάργαρα.* Similiter dixit Alcaeus in Comodotragoedia ibid.: *Ὁρῶ δ' ἄνωθεν γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ* et tragicus apud scholiastam: *χρημάτων τε γάργαρα*, at *γαργαίρειν* ex Sophrone et Cratino idem profert.

V. VI.

Οὐ κρανίον λάβρακος, οὐχὶ κάραβον πρίασθαι,
οὐκ ἔγχελυν Βοιωτίαν, οὐ γλαῦκον, οὐχὶ θύννου
ὑπογάστριον.

Athenaeus VII p. 311 C: *Καὶ Ἀριστοφάνης — ἐν δὲ Λημνίαις* (codd. AB *Λήμναις*)· *Οὐ κρανίον λάβρακος οὐχὶ κάραβον πρίασθαι, ὡς διαφόρου ὄντος τοῦ τῶν λαβράκων ἐγκεφάλου, καθάπερ καὶ τοῦ τῶν γλαύκων.* Itaque non dubitavi alterum fragmentum, eodem plane numero comprehensum, statim subiungere: legitur autem apud Athenaeum

VII p. 302 D: *Ἐπαινεῖται δὲ τοῦ ἰχθύος τούτου τὰ ὑπογάστρια, ὡς καὶ Εὔβουλός φησιν ἐν Ἴωνι — Ἀριστοφάνης Λημνίαις· Οὐκ ἔγχ. κτλ.* Adde ibid. p. 299 B: *ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης — καὶ ἐν Λημνίαις· Ἔγχελυν Βοιωτίαν.*

VII.

Καὶ τὴν κρατίστην δαίμον' ἧς νῦν θερμός ἐσθ' ὁ βωμός.

Suidas *Ὧι* (sic recte Iunius pro vulg. *ὦ*) *νῦν θερμοὶ βωμοί. ἐπὶ τῶν διὰ χρόνου σπουδῆς τυγχανόντων· Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Λημνίαις· Τὴν κρατ. κτλ. δηλοῖ δὲ ὅτι ἀεί τινες παρὰ Ἀθηναίοις ξένοι θεοὶ ἐτιμῶντο.* Recte Porsonus Praef. ad Hecub. p. XLII addidit *καί*. Respicit huc Phrynichus in Bekkeri Anecd. I p. 29 33: *Βωμὸς θερμός· λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν θερμῶς εὐδοκιμούντων ἔν τινι, μετείληπται δὲ ἀπὸ τῶν ἱερῶν, ὧν διὰ τὸ θρησκεύεσθαι περιττῶς θερμοί εἰσιν οἱ βωμοί.* Bendin autem dici *κρατίστην δαίμονα* ostendit Fr. VIII.

VIII.

Photius p. 251 7: *Μεγάλην θεόν· Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις· ἴσως τελβαιναν· Θρᾴκιον γάρ.* emendatius eadem exhibet Hesychius: *Μεγάλην θεόν· Ἀριστοφάνης ἔφη τὴν Βένδιν. Θρᾳκία γὰρ ἡ θεός.* Comparant praeterea Stephanum Byz. v. *Λῆμνος.*

IX.

Ἀλλ' ἀρτίως κατέλιπον αὐτὴν σμωμένην
ἐν τῇ πυέλῳ.

Pollux VII 166: *Εἰκότως δ' ἂν βαλανείῳ προσάγοιτο καὶ τὸ ἐν ταῖς Λημνίαις ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένον· Ἀλλ' ἀρτίως κτλ.* Dicit fortasse servus de Hypsipyle hera.

X.

Ἕως νεαλής ἐστιν αὐτὴν τὴν ἀκμήν.

Photius p. 290 16: *Νεαλής· ἐκτείνεται τὸ ᾱ. Ἀριστοφάνης Λημνίαις· Ἕως — Μένανδρος.* Eodem respicit

Phrynichus Bekkeri I p. 52 19 loco quamvis lacero: *Νεαλές· παρὰ τὸ ἁλές, ὃ σημαίνει τὸ ἀθρόον, τὸ νεωστὶ γεγενημένον καὶ συνενηνεγμένον. τὸ γὰρ συνελθεῖν καὶ συναλισθῆναι ταὐτόν. Ἀριστοφάνης τὸ νεαλὲς* . . . . fortasse addendum *ἐπὶ τοῦ νέου καὶ ἀκμάζοντος τέθεικε.* et sic dixit Xenophon Cyrop. VIII 6. at *recens captum νεαλὴς* dixit Demosthenes, vid. Harpocrat. *Νεαλής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, εἰ γνήσιος. ὁ νεωστὶ ἑαλωκὼς οὕτως ἐλέγετο κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων.* at improbarunt hoc atticistae, vid. Antiatticista Bekkeri I p. 130.

XI.

Ἦ καρδιώττεις; ἀλλὰ πῶς χρῆσται ποιεῖν.

Suidas v. *χρή. Λέγουσι δέ ποτε καὶ χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ δεῖ. Φερεκράτης Λήροις — Ἀριστοφάνης Λημνίαις· Ἡ καρδία τε τίς; ἀλλὰ πῶς χρῆσθαι ποιεῖν.* Priora emendavit Dobraeus, *χρῆσται* scripsit Dindorfius, quem vid. ad. Soph. Cod. Col. v. 504.

XII.

Πεντελίθοισί θ' ὁμοῦ λεκάνης παραθραύσμασι.

Pollux IX 126: *Τὸ δὲ ῥῆμα τὸ πεντελιθίζειν ἐστὶν ἐν τοῖς Ἑρμίππου Θεοῖς· τὸ δὲ ὄνομα πεντέλιθα ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Λημνίαις· Πεντελίθοισι κτλ. γυναικῶν δὲ μᾶλλόν ἐστιν ἡ παιδιά.* Iungermannus *παραθραύσμασι*, vulgo *παραθραίμασι*, fortasse in fine addendum *παίζειν.*

XIII.

Αἱ γυναῖκες τὸν Δόριλλον φραγνύωνται.

Etymol. M. p. 283 45: *Δορίαλλος· λέγεται καὶ δόριλλος. Ἀριστοφάνης Αἱ γυναῖκες τὸν δορίαλλον φράγνυνται. ἔστι δὲ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ἐφ' ὕβρει τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου. ἢ παρὰ τὸ δείρειν τὸ τυπτόμενον, ἢ τὸ τιλλόμενον τὰς τρίχας καὶ οἱονεὶ ἐκδερόμενον. οὕτω γὰρ πάλαι ἐψί-*

λουν, ὡς δηλοῖ Ἀριστοφάνης (Ran. v. 516) Ἠβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι. Gudianum p. 59: Δορύαλος· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Ἀριστοφάνης, αἱ γυναῖκες τὸν δορύαλον φράγονται, παρὰ τὸ δέρειν. — Ad Lemnias autem hunc versum referendum esse apparet ex Hesychio: Δορυαλλός· τὸ τῶν γυναικῶν μόριον. ἀπὸ τοῦ δέρειν, ἢ ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δορύλλου, οὗ μέμνηται ἐν Λημνίαις. Denique adde scholiastam Ranar. v. 519: Δορίαλος τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὡς παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ Αἱ γυναῖκες τὸν δορίαλον φράγνυνται. Sed quo pacto versus corrigendus sit, sane dubium est, admodum enim variant illi grammatici, δορίαλλος, δορίαλος, δορύαλλος et δορύαλος exhibentes: et illae quidem formae, quae geminant λ praeferendae videntur, quemadmodum dicitur ἀρύβαλλος, κορύδαλλος, dicitur tamen etiam κραπάταλος, vid. Meineke I p. 84, sed utrum vox per ῡ an per ῑ scribenda sit plane non liquet, at cum grammatici componant nomen proprium Δόριλλος, sane δορίαλλος germana videtur forma fuisse: non tamen hac usus est Aristophanes, sed in eius locum substituit illud ipsum nomen tragici poetae Dorilli, id quod satis apparet ex Etymologico M.: λέγεται καὶ δόριλλος· Ἀριστοφάνης — ἐφ' ὕβρει τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου. Itaque non dubitavi τὸν Δόριλλον corrigere, quod firmat Suidas: Δόριλλος· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον· ἐφ' ὕβρει τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου. Deinde pro φράγνυνται sive φράγνυται scripsi φραγνύωνται, sed dubitanter.

XIV.

Harpocratio: Ἀρκτεῦσαι· — ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις καὶ Λυσιστράτῃ (v. 645).

XV.

Harpocratio: Μέταυλος· — ἔστιν ἡ ῥυπαρὰ λεγομένη αὐλή, οὗ ὄρνιθες ἦσαν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις καὶ Μένανδρος Θαΐδι.

XVII — XX.

Pollux VII 139: *Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Λημνίαις εἴρηκε καὶ ναυφύλαξ.* — Idem X 25: *Ἀπὸ τῶν μοχλῶν τὸ Μόχλωσον τὴν θύραν ἐν Λημνίαις Ἀριστοφάνης.* — Idem VII 152: *Καὶ ὁ μὲν πρὸ ὥρας πεπαινόμενος καρπὸς πρώϊμος ἐν Λημνίαις Ἀριστοφάνους.* Dindorfius *πρῷμος* scripsit, equidem malim *πρῷος*, quemadmodum est in Vespis v. 264 *καρπίων πρῷα*, ubi olim *πρώϊμα* legebatur, et in Pace v. 1164 *φῖτυ πρῷον.* Cfr. Phrynichum Bekkeri I 61 17: *Πρῷον· τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν πρώϊμον.* — Idem ibidem infra: *τὰ δὲ φυτευτήρια τῶν σύκων συκίδας Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Λημνίαις.*

XXI.

Scholiasta Lysistratae v. 308: *Τὸν φανόν· φανὸν μὲν πᾶν τὸ φαινόμενον ἐκάλουν. ἐκ δὲ τῶν ἀμπελίνων τὰς λαμπάδας κατεσκεύαζον εἰς ἔξαψιν, ὡς καὶ ἐν Λημνίαις φησί.* Adde Photium p. 377 25: *Πανὸς δέσμη κληματίδων. οἱ δὲ νεώτεροι Ἀττικοὶ φανός. Ἀριστοφάνης.* quae non dubito huc revocare, sed dubium tamen Photius utrum *φανὸν* an *πανὸν* in Aristophane legerit.

Ν Α Υ Α Γ Ο Σ.

Ita vocatur comoedia a grammatico, qui subdititias poetae fabulas recenset p. XVIII 8: *Ἔγραψε δὲ δράματα μδ', ὧν ἀντιλέγεται τέσσαρα, ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ· ἔστι δὲ ταῦτα, Ποίησις, Ναυαγός, Νῆσοι, Νίοβις, ἃ τινὲς ἔφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου.* At apud Pollucem X 33: *Ἀριστοφάνης ἐν Διοναυάγῳ* scribitur, unde Fritzschius suspicatur fabulam inscriptam fuisse *Δία ναυαγόν*, probabilius longe est, quod cod. Voss. praebet, *Δὶς ναυαγός.*

I.

Τί ὦ πονηρέ μ' ἐξορίζεις ὥσπερεὶ
κλιντήριον;

Pollux X 33: *Καλεῖται δὲ τὸ κλινίδιον καὶ κλιντήριον, ὡς ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Ἀριστοφάνης ἔφη· Τί με ὦ πονηρὲ ἐξορίζεις ὥσπερ κλιντήριον.* quod correxi, nisi forte praeterea legendum *ἐκκορίζεις.*

ΝΕΦΕΛΑΙ ΠΡΟΤΕΡΑΙ.

Nubes priores quibus in rebus a posterioribus discrepent explanare longum est, itaque hanc disputationem in aliud tempus reieci: illud tantum addo locum Vesparum v. 1037, quem vulgo huc referunt, non ad hanc comoediam pertinere, sed ad Holcades, de qua re dicitur infra. Platonis autem aliorumque auctorum locos, qui priores respiciunt Nubes, examinabo commodiore loco. Scripsit de hac comoedia Fritzschius in Quaest. Aristoph. I p. 111 sqq.

I.

Ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκάβηττον.

Photius p. 398 11: *Πάρνης· τὸ ὄρος. θηλυκῶς· Ἐς τὴν Πάρνηθ'* — *Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ ἑξῆς.* Quod in codice est *ἐστὶν* recte emendavit Naekius ad Choerilum p. 58. Dicuntur haec de choro Nubium, quae procul e conspectu recedunt, cfr. Fritzschius p. 159 sqq. Quod autem Photius addit *καὶ ἑξῆς*, indicare videtur etiam in subsequentibus Parnethis mentionem factam esse, ceterum cfr. Nubes II v. 322: *Βλέπε νυν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθ'· ἤδη γὰρ ὁρῶ κατιούσας Ἡσυχῇ αὐτάς.*

II.

Κείσεσθον, ὥσπερ πηνίω, κινουμένω.

Photius p. 428 27 et Suidas s. v. *πηνίον· ζῷον ὅμοιον κώνωπι· Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Κείσεσθον ὥσπερ π. κ.*

(Suidas *βινουμένω*) *ἀντὶ τοῦ ξηροί· σκώπτει γὰρ τοὺς περὶ Χαιρεφῶντα εἰς ξηρότητα καὶ ἀσθένειαν· ὅτι δὲ κώνωπος εἶδός ἐστι Σπεύσιππος ἐν τῷ β' τῶν ὁμοιοτήτων φησὶν οὕτως· Πήνιον· ἐμπίς, κώνωψ.* Videtur poeta Chaerephonti foedum amorem opprobrio vertisse, et fortasse una cum Chaerephonte exagitavit in illo versu Socratem. Quemadmodum autem grammatici dicunt hic potissimum imbecillam et attenuatam Chaerephontis speciem notari, ita eodem nomine ridetur ille in Vespis v. 1413: *Καὶ σὺ δή μοι Χαιρεφῶν Γυναικὶ κλητεύων ἔοικας θαψίνῃ, Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.* Ita enim corrigo, vulgo *κλητεύειν* legitur, at sic pistrix ista compararetur cum Ino Euripidis, cuius speciem Chaerepho referebat. Et nescio an poeta eum in Nubibus I vocaverit *πύξινον*, siquidem scholiasta Vesparum dicit: *Χαιρεφῶντα δὲ τὸν πύξινον, τὸν Σωκράτους ἑταῖρόν φησι· πάλιν δ' αὐτὸν εἰς ὠχρότητα διαβάλλων εἰσάγει μαρτυροῦντα τῇ ἀρτοπώλιδι.* quod vix ad aliam, quam ad hanc comoediam potest referri. Et Socrati quoque pallorem obiecerat in priore comoedia, quod indicat schol. Vesp. v. 1048, quamvis ille in ceteris erraverit: *πέρυσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξεν, ἐν αἷς τοὺς περὶ Σωκράτην ἐκωμῴδησεν, ἠπιάλους δὲ αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς ὠχρότητα περισκώπτων.*

III.

Μηδὲ στέψω κοτυλίσκον.

Athenaeus XI p. 479 C: *Κοτυλίσκος δὲ καλεῖται ὁ ἱερὸς τοῦ Διονύσου κρατηρίσκος, καὶ οἷς χέονται οἱ μύσται, ὡς Νίκανδρός φησιν ὁ Θυατειρηνός, παρατιθέμενος τὸ ἐκ Νεφελῶν Ἀριστοφάνους· Μηδὲ κτλ.* Fritzschius p. 148 sq. *κοτυλίσκους* scripsit et ad Eleusinia mysteria retulit.

IV.

Scholiasta Pacis v. 348: *Φορμίων — αὐτοῦ μέμνηται ὁ κωμικὸς ἐν Ἱππεῦσι καὶ Νεφέλαις καὶ Βαβυλωνίοις.*

V. VI.

Antiatticista Bekkeri p. 98 1: *Ζυμήσασθαι· Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.* Fritzschius p. 168 *ζημιώσασθαι* scripsit, fortasse recte. — Idem p. 105 2: *Κόλασμα· Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.*

VII.

Scholiasta Pac. 91: *Ἔφη δὲ καὶ ἐν ταῖς Νεφέλαις μετεωρολέσχας τοὺς φιλοσόφους, ὅτι τὰ οὐράνια περινοοῦσιν.* Dubium tamen hoc, nam fortasse grammaticus ille non tam verbum, quam ipsam rem notavit, et propter illud studium similiter castigantur Socratici in Nubibus II, veluti v. 360 al.

VIII.

Diogenes Laertius II 18: *Ἐδόκει δὲ (Σωκράτης) συμποιεῖν Εὐριπίδῃ, ὅθεν — καὶ Καλλίας Πεδήταις, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· [Εὐριπίδης δ᾽ ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν Τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.]* Sane illi versus non sunt Aristophanis ex Nubibus, sed Teleclidae ex Hesiodis (cfr. Meineke II 1 p. 372) at veri tamen simile est etiam Aristophanem in hac comoedia eo nomine Socratem vexavisse.

IX.

Suidas: *Οὐ μετὸν αὐτῷ· ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐξόν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.* Fortasse verum est, quod Dindorfius p. 19 censet, Suidam ex pravo errore haec Nubibus tribuisse, in Ecclesiazusis v. 667 legitur: *Πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ.*

X.

Πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ
ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ᾽, ἀλλ᾽ ἕνῃ τε καὶ νέᾳ;
B. Ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι παθεῖν,
ἵν᾽ ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ᾽ ὑφελοίατο,
διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.

Athenaeus IV p. 171 C: *Μήποτε δὲ καὶ ὃν καλοῦσι νῦν Ῥωμαῖοι προγεύστην τότε οἱ Ἕλληνες προτένθην ὠνόμαζον, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν προτέραις Νεφέλαις διὰ τούτων· Πῶς οὐ κτλ.* At leguntur hi versus in superstite fabula v. 1196 sqq. itaque sane Athenaeus videtur in fabulae nomine erravisse.

Ν Η Σ Ο Ι.

Veteres criticos dubitavisse Aristophanis an Archippi haec esset comoedia, indicavi supra. conferatur praeterea Pollux IX 89: *ἐγὼ δ' εὗρον ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα ὡς Ἀριστοφάνους οὐ γνήσιον.* Aliis tamen in locis Pollux auctoritate huius fabulae tanquam germanae utitur, neque ceteri grammatici, qui aliquid hinc petierunt, dubitasse videntur: in ipsis autem fabulae reliquiis, quae sane exiguae sunt, nihil reperias, quod Aristophane indignum sit: itaque haec quidem quaestio in medio relinquenda est. Iam summam totius comoediae facile perspicias ex longiore Fragm. I, quod satis superque indicat poetam hic quoque pacis amorem civibus commendavisse et agricolarum proborumque civium causam contra viros populares egisse: confirmaturque haec coniectura etiam reliquis fragmentis. Tempus autem, quo fabula sit acta, vix satis certo definias, quandoquidem aetatis aequaliumque notationibus fere carent reliquiae: non tamen videtur ante Ol. XCI acta esse: nam inde ab illa aetate inclaruit Archippus, vid. Hist. crit. com. p. 205, cui temere et prorsus contra temporum rationem veteres criticos hanc comoediam vindicasse parum est consentaneum: neque vero post Euclidis annum docta est comoedia; documento est fabulae argumentum et chori ratio et indoles prorsus ad antiquam comoediam accommodata, vid. Fr. III. Induxit enim poeta in scenam *Insularum* chorum, quemadmodum Eupolis in *Πόλεσιν* Urbes cum Atheniensibus societate iunctas adhibuit. Insulae enim

maris Aegaei, in quibus omnis vis et robur Atheniensium principatus positum erat, durissima usae conditione (nam quod Euphemus Atheniensis apud Thucyd. VI 85 dicit: *καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ συμμάχους, ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι, ἐξηγούμεθα Χίους καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς χρημάτων βιαιότερον φορᾷ, ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως συμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους*, id speciosius, quam verius dictum, maximeque ad minores insulas referendum est) statim post Siciliensem calamitatem ab Atheniensium societate defecerunt, ut Chius, Rhodus, Andrus, Euboea, aliae, propemodum omnes novas res moliebantur, ut Corcyra, Lesbus. At cum Alcibiades, qui defectionis auctor et princeps fuerat, in gratiam Atheniensium rediisset, insignesque victorias de Lacedaemoniis reportasset, etiam socii plerique sub potestatem Atheniensium redacti, neque vero meliorem quam antea fortunam experti sunt, quin Athenienses qua erant levitate superbiaque graviora etiam onera sociis imposuerunt, quod Olymp. XCII factum est. Circa illud igitur tempus poeta hanc fabulam docuisse videtur, in qua auctor fuit popularibus, ut secundam fortunam aequo ferrent animo pacisque tranquillitatem belli dubiae fortunae praeferrent, neve insulas superbia ad defectionem cogerent.

I.

Ὦ μῶρε, μῶρε, πάντα ταῦτ᾽ ἐν τῇδ᾽ ἔνι·
Οἰκεῖν μὲν ἀργὸν αὐτὸν ἐν τῷ γηδίῳ
ἀπαλλαγέντα τῶν κατ᾽ ἀγορὰν πραγμάτων,
κεκτημένον ζευγάριον οἰκεῖον βοοῖν,
ἔπειτ᾽ ἀκούειν προβατίων βληχωμένων,
τρυγός τε φωνὴν εἰς λεκάνην ὠθουμένης,
ὄψῳ τε χρῆσθαι σπινιδίοις τε καὶ κίχλαις,
καὶ μὴ περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἰχθύδια
τριταῖα, πολυτίμητα, βεβασανισμένα
ἐπ᾽ ἰχθυοπώλου χειρὶ παρανομωτάτῃ.

Stobaeus LX 7 vol. II p. 405: *Ἀριστοφάνους Νήσων.* cod. Paris. *νησσῶν*, unde Dindorf. parum caute *Φοινισσῶν* coniecit. Vs. 1 *ἐν τῇδε* i. e. *ἐν Εἰρήνῃ*, nam Stobaeus in illo capite de Pacis commodis agit. — Vs. 2 legebatur *οἰκεῖν μὲν ἐν ἀγρῷ τοῦτον*, at *ἐν ἀγρῷ* cum subsequatur *ἐν τῷ γηδίῳ* vix potest ferri, pronomen autem *τοῦτον* prorsus incommodum est, itaque scripsi *ἀργὸν αὐτόν*, namque hoc poeta inter summa pacis commoda refert, quod civibus iam liceat, otiosos ipsos ruri vitam degere, procul a militia et a forensibus negotiis calumniisque, quibus maxime obnoxia erat agricolarum multitudo, belli calamitatibus in urbis angusta moenia compulsa: itaque poeta adiungit illa: *ἀπαλλαγέντα τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων.* — Vs. 5 *προβατίων* Grotius, vulgo *προβάτων.* — Vs. 6 *τρυγὸς* codd. *αἰγὸς* Trincavellus. — Vs. 7 *ὄψῳ* Salmasius, vulgo *ὄψων*, idem *σπινιδίοις*, pro vulg. *πηνιδίοις. δὲ* Gaisf. vulgo *τε.*

II.

A. Τί σὺ λέγεις; εἰσὶν δὲ ποῦ;
B. Αἱδὶ κατ' αὐτὴν ἣν βλέπεις τὴν εἴσοδον.

Scholiasta Avv. 297: *Εἴσοδος δὲ λέγεται ᾗ ὁ χορὸς εἴσεισιν ἐν τῇ σκηνῇ. καὶ ἐν ταῖς Νήσοις· Τί σὺ λέγεις; εἰσὶν δέ που κτλ.* sic vulgo editur, recte constituit Reisig. Coni. I p. 160. Dindorfius illa verba *τί σὺ λέγεις* nescio cur omisit. In exordio fabulae haec legebantur ante chori parodum, ususque videtur poeta hac occasione ita, ut viginti quattuor chori personas, quae in scenam prodibant, insularum prae se ferentes speciem recenseret, quemadmodum fecit Aristophanes in Avibus, et quem modo dixi, Eupolis in Urbibus. *Εἴσοδον* autem similiter dictum non solum in Avium versu (297): *Οὐκέτ' ἔστ' ἰδεῖν ὑπ' αὐτῶν πετομένων τὴν εἴσοδον*, verum etiam in Nubibus v. 324: *Τί τὸ χρῆμα; Ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. ΣΤΡ. Ἤδη νυνὶ μόλις οὕτως.*

III.

Ὡς ἐς τὴν γῆν κύψασα κάτω καὶ ξυννενοφυῖα βαδίζει.

Photius p. 311 15 et Suidas: *Ξυννένοφε· ἐπινεφῆ καὶ συννεφῆ καὶ συννέφελά ἐστιν. Ἀριστοφάνης Νήσοις· Ὡς ἐς τὴν κτλ. ξυννένοφε* supra quoque in Anagyro Fr. XIII legitur, adde Eustath. p. 143 et 149. Refero ad hunc ipsum Insularum recensum, quem poeta anapaestis potius quam iambicis versibus complexus est: fingit autem Insulam ab Atheniensibus male tractatam, moestam demissoque vultu incedere.

IV.

Λέξεις ἄρα
ὥσπερ τὰ παιδί', ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε.

Athenaeus XI p. 478 F: *Ἀθηναῖοι δὲ μέτρον τε καλοῦσι κοτύλην. — Ἀριστοφάνης Προαγῶνι· Ὁ δ' ἀλφίτων κτλ.* In epitome *ἀλφίτων χοίνικας τρεῖς κοτύλης δεούσας* legitur, eademque Eustathius p. 1282 52 affert. Vs. 1 *γὲ* addidit Schweighaeuserus, nisi forte scribendum *ὁ δ' ἀλφίτων πριάμενος εἰς τρεῖς χοίνικας* — Vs. 2 *εἴκοσ'* Casaubonus ex codd. Italis, cod. A *οἴκαδ'*. Fortasse autem haec de fraudulento promo condo sunt dicta.

VIII.

Scholiasta Platonis p. 322 ed. Bekker. *Παροιμία, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν, ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ τῶν μειζόνων καὶ ἤδη τῶν τελειοτέρων. κέχρηται δὲ αὐτῇ Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶνι.* legitur vulgo *προαγῶσι.*

IX.

Grammaticus in Bekkeri Anecd. I p. 411 17: *Ἀντλιαντλητῆρα — Ἀριστοφάνης δὲ Προαγῶνι καὶ Ἐπίλυκος Κωραλίσκῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀντλίον κεκλήκασιν.*

X.

Scholiasta Vindob. Luciani Alex. c. 4: *Ὡσαύτως καὶ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις, Ἀριστοφάνει δὲ Προαγῶνι.*

ΣΚΗΝΑΣ ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΑΙ.

Nomen comoediae quorsum spectet non facile indagaveris: ea certe, quae Casaubonus ad Athenaeum IV 20 dicit, improbanda sunt. Ac mihi quidem videtur poeta ita instituisse, ut mulieres, quibus non licuit comoedias spectare, sedes theatri praeoccuparent antequam viri intrassent. Eodem prorsus sensu legitur in Pace v. 880:

ΤΡ. Οὗτος τί περιγράφεις; ΟΙΚ. Τὸ δεῖν', εἰς Ἴσθμια
σκηνὴν ἐμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω.

ubi scholiasta: *Οἱ γὰρ θέλοντες θεωρεῖν προκαταλαμβάνουσιν ἑαυτοῖς τόπους.* et in Ecclesiazusis v. 21 dixit *ἕδρας καταλαμβάνειν* de mulieribus sedes in foro occupantibus, priusquam viri convenirent:

Καί τοι πρὸς ὄρθρον γ' ἐστίν· ἡ δ' ἐκκλησία
αὐτίκα μάλ' ἔσται· καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας,
ἅς Φυρόμαχός ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι,
δεῖ τὰς ἑτέρας πως κἀγκαθεζομένας λαθεῖν.

et rursus v. 86:

Νὴ τὸν Δί', ὥστε δεῖ σε καταλαβεῖν ἕδρας
ὑπὸ τῷ λίθῳ τῶν πρυτάνεων καταντικρύ.

Quod Aristophanes *σκηνὰς καταλαμβάνειν* dixit, *θέαν καταλαβεῖν* vocat Aristides loco satis eleganti in Panathenaico I p. 163 ed. Dindorf.: *Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ὥσπερ θέαν κατα-*

λαβόντες οὕτω ταῦτα κρίνουσιν, οὐ τῷ μᾶλλον ἄλλων ἑαυτοῖς προσήκειν τῶν χωρίων τοὺς ἄλλους ἀφορίζοντες, ἀλλὰ τῷ φθῆναι κατασχόντες, καὶ ξένους ὀνομάζουσι τοὺς δευτέρους ἐλθόντας κτλ. Ceterum fortasse etiam in Pace v. 730 vocabulo *σκηνὴ* eadem notio inest:

Ἀλλ' ἴθι χαίρων· ἡμεῖς δὲ τέως τάδε τὰ σκεύη παραδόντες
τοῖς ἀκολούθοις δῶμεν σώζειν, ὡς εἰώθασι μάλιστα
περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται κυπτάζειν καὶ κακοποιεῖν.

et in Thesmophoriazusis v. 655:

Ἡμᾶς τοίνυν μετὰ τοῦτ' ἤδη τὰς λαμπάδας ἁψαμένας χρὴ
συζωσαμένας εὖ κἀνδρείως τῶν θ' ἱματίων ἀποδύσας
ζητεῖν, εἴ που κἄλλος τις ἀνὴρ ἐσελήλυθε, καὶ περιθρέξαι
τὴν πύκνα πᾶσαν καὶ τὰς σκηνὰς καὶ τὰς διόδους διαθρῆσαι.

ubi scholion in codice Ravennate, *τὴν πύκνα πᾶσαν καὶ τὰς σκηνὰς καὶ τὰς διόδους: τὰς σκηνὰς διὰ μέσου εἴρηκε. καὶ γὰρ πρὸς τῇ σκηνῇ πυκναὶ ἦσαν, ὡς καὶ αὐτὸς Ἀριστοφάνης μέμνηται τούτου.* Ad has mulieres, quae primo diluculo theatri sedes occupaverunt, pertinet Fr. I. Iam coram istis ipse poeta suam egit causam seque ab aemulorum criminibus defendit, vid. Fr. IV. De tempore, quo fabula sit acta, nihil constat: sed ex eo, quod nullius hominis fit mentio, quem in hac comoedia poeta exagitaverit, sane coniiciam, eam pertinere ad postremas fabulas: nam illo quidem argumento, quod Aristophanes Fr. IV se defenderit a crimine, quod etiam Cratinus in Pytine coniecerat in Aristophanem, nolo abuti ad tempus accuratius definiendum, siquidem etiam alii poetae postea idem opprobrium videntur iteravisse.

I — III.

Λήκυθον
τὴν ἑπτακότυλον, τὴν χυτραίαν, τὴν καλήν,
ἣν ἐφερόμην, ἵν' ἔχοιμι συνθεάτριαν.

Pollux X 67: *Προσθετέον δὲ — καὶ τὴν ἐν Ἀριστοφάνους Σκηνὰς καταλαμβανούσαις· Λήκυθον κτλ εἴρηται γὰρ νῦν ἐπὶ ἐκπώματος.* Vs. 2 *χυτραίαν* Iungermannus. Vulgo *χυτρίαν*. Fortasse recte Lobeckius ad Phryn. p. 147 *τὴν χυτρεᾶν, τὴν ἀγκύλην.* — Vs. 3 respicit Pollux IV 121; *Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ συνθεάτριαν εἴρηκεν.* VI 158: *Συνθεάτριαν δὲ καὶ συλλήστριαν καὶ σύγκοιτον Ἀριστοφάνης εἶπεν.* et II 56: *Καὶ θεάτρια καὶ συνθεάτρια ἡ παλαιὰ κωμῳδία.* Idem alia quaedam praeterea adiunxit, quae non dubito ad hanc ipsam fabulam referre. Dicit autem haec una ex mulieribus, quae theatri sedes occupavit. Ceterum propter illud *σύγκοιτον* aliquando volui ad hanc comoediam referre illos versus, quos Plutarchus Non posse suaviter vivi sec. Epicureos c. 16 omisso poetae nomine adscripsit:

Τί κάθῃ σύ; παῖ, πίωμεν, οὐ καὶ σιτία
πάρεστιν; ὦ δύστηνε, μὴ σαυτῷ φθόνει.
οἱ δ' εὐθὺς ἠλάλαξαν, ἐν δ' ἐκίρνατο
οἶνος, φέρων δὲ στέφανον ἀμφέθηκέ τις.
ὕμνει δέ τις αἰσχρῶς κλῶνα πρὸς καλὸν δάφνης
ὁ Φοῖβος οὐ προσῳδά· τὴν τ' ἐναυλίαν
ὠθῶν τις ἐξέκλαξε σύγκοιτον φίλην.

IV.

Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ,
τοὺς νοῦς δ' ἀγοραίους ἧττον ἢ 'κεῖνος ποιῶ.

Scholiasta Platonis Clark. p. 330 ed. Bekker: *Ἀριστοφάνης — ἐκωμῳδεῖτο ἐπὶ τῷ σκώπτειν μὲν Εὐριπίδην, μιμεῖσθαι δ' αὐτόν. Κρατῖνος·*

Τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής·
ὑπολεπτόλογος, γνωμιδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

καὶ αὐτὸς δ' ἐξομολογεῖται Σκηνὰς καταλαμβανούσαις· Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ φησὶ κτλ. Adde Plutarchum Moral. p. 30 D: — *ὁ μὲν ἀπανθίζεται τὴν ἱστορίαν, ὁ δὲ ἐμφύεται τῷ κάλλει καὶ τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων, καθάπερ*

ὁ Ἀριστοφάνης περὶ τοῦ Εὐριπίδου φησὶ Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ. Insignis hic est locus, in quo poeta aperte confitetur, suum ingenium suamque poesin non ita abhorrere ab Euripidis similitudine, id quod Cratinus in Pytine ei vitio verterat, aliosque praeterea comicos poetas, ut Eupolin, credo idem crimen in Aristophanem coniecisse, neque iniuria illi quidem. Ceterum arbitror poetam continuo etiam Euripidi vitio vertisse, quod Sophoclem aemularetur, coniicioque huc pertinere duos senarios apud Dionem II p. 273 ed. Reiske, quos in hunc modum coniunxerim cum hoc fragmento:

Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ,
τοὺς νοῦς δ' ἀγοραίους ἧττον ἢ 'κεῖνος ποιῶ·
ὁ δ' αὖ Σοφοκλέους τοῦ μέλιτι κεχρισμένου
ὥσπερ καδίσκου περιέλειχε τὸ στόμα.

vid. Fr. Inc. II. Et fortasse etiam ad hanc poetae orationem pertinent Fr. inc. I et III.

V.

Καὶ μὴν ἄκουσον, ὦ γύναι, θυμοῦ δίχα
καὶ κρῖνον αὐτὴ μὴ μετ' ὀξυρεγμίας.

Photius p. 340 22: Ὀξυρεγμεῖν· ὅταν μεθ' ἡμέραν ἐποξίσῃ ἡ τροφή. Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις τὴν ὀξυθυμίαν οὕτως ἔφη· Καὶ μὴν κτλ. Refero ad eandem poetae causam. De verbo ὀξυρεγμία cfr. Phrynichum Bekkeri Anecd. I p. 56 19: Ὀξυρεγμία καὶ ὀξωρεγμία τὸ αὐτό ἐστι· λέγεται γὰρ ἀμφότερα.

VI.

Ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα
μεστὴν βοάκων ἀπεβάδιζον οἴκαδε.

Athenaeus VII p. 287 A: Σπεύσιππος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀττικοὶ βόακας. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις· Ἀλλ' ἔχουσα κτλ. Eadem omisso fabulae nomine attulit Etymol. M. p. 218 30 et partim Zonaras I p. 413.

VII.

Καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίαν ἀκοντίων.

Pollux VII 157: *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ἔφη· Καὶ τῶν πλατυλ. κτλ. Διβολία* cuspis sive hasta duplice instructa acie, vid. Plutarch. vit. Marcelli c. 25: *ἀκόντισμα δ' ἦν ἑκάστῳ διβολία, συμπεσόντες δὲ μεγάλαις ἐχρῶντο καὶ βαρείαις μαχαίραις.*

VIII.

Καὶ τῶν πλατυλόγχων, ὡς ὁρᾷς, ἀκοντίων.

Pollux X 144: *Καὶ Ἀριστοφάνης μὲν ἔφη — ἐν δὲ Σκηνὰς καταλαμβανούσαις· Καὶ τῶν κτλ.* Dindorfius prioris versus variam tantum scripturam exhiberi censet, at versus sunt plane diversi.

IX.

Τὴν πόρδαλιν καλοῦσι τὴν κασαλβάδα.

Pollux VII 202: *Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις· Τὴν πόρδαλιν κτλ.*

X.

Τὴν κακκάβην γὰρ κᾶε τοῦ διδασκάλου.

Athenaeus IV p. 169 C: *Τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις κακκάβην εἴρηκεν οὕτως· Τὴν κακκάβην κτλ.* Codex A *κάστου*, reliqui *καρύστου*. **Pollux X 106:** *Καὶ κακκάβην τὴν λοπάδα ἐρεῖς εἰπόντος Ἀριστοφάνους ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις Τὴν κακκάβην γὰρ καετοῦ διδασκάλου,* unde recte homines docti *κᾶε τοῦ* restituisse videntur.

XI.

Οὐ γὰρ σῶς ἀντέλεγες τούτῳ τῷ δειπνίῳ· οὐ γὰρ ἄκανθαι.

Hesychius: *Οὐ γὰρ ἄκανθαι· παροιμία. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις Οὐδ' ἴσως ἀντέλεγες κτλ.* sic vulgo legebatur, quod correxi, ut haec sit sententia, si satis valeres, profecto non renuntiasses convivio. *Δειπνίῳ* Heinsius scripsit, vulgo *δειπνείῳ.*

XII.

Pollux X 144: Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ἔφη Ὥσπερ κόσκινον αἰρόπινον τέτρηται.

XIII.

Pollux X 147: — τάχα δὲ καὶ μοχλίον, εἰ καὶ τοῖς τοιχωρύχοις τοῦτο προστιθέασιν οἱ κωμῳδοποιοί. καὶ μοχλίσκον δὲ τὸ τοιοῦτον Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ὠνόμασεν εἰπὼν Τοῖχον μοχλίσκῳ καλαύειν. Sic vulgo, unus cod. καλύνειν et Iungerm. μοχλίσκον. Scribendum videtur τοῖχον μοχλίσκῳ σκαλεύειν. Hesychius Σκαλεύει· κινεῖ, ἀναστρέφει, ὀρύσσει, et Ἐσκάλευεν· ἐκινεῖτο, ὤρυσσεν. Fortasse praeterea restituendum Polluci μοχλίσκιον et Aristophani μοχλισκίῳ.

XIV.

Scholiasta Equitum v. 422: Κοχώνη τόπος ὑπὸ τὸ αἰδοῖον, καὶ τῶν μηρῶν καὶ τῆς κοτύλης καὶ τῶν ἰσχίων. μέμνηται δὲ τῆς κοχώνης καὶ ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις Ἀλλὰ συσπᾶσθαι δεῖ τὰς κοχώνας. Scribendum videtur Ἀλλὰ συσπᾶσθαί σε δεῖ Τὰς κοχώνας, vel τὰ κοχώνα ut voluit Dindorfius, sicuti est in Equit. v. 426. 487.

XV.

Pollux X 28: Τὸ κόρημα· καλεῖται δὲ οὕτω καὶ τὸ σκεῦος καὶ τὸ κάθαρμα τὸ κορούμενον. τὸ δὲ ῥῆμα κορεῖν ἂν λέγοις. καὶ τὸ μὲν σκεῦος καὶ ῥῆμα ὑπὸ Εὐπόλιδος εἴρηται ἐν τοῖς Κόλαξι Τουτὶ λαβὼν τὸ κόρημα τὴν αὐλὴν κόρει. τὸ δὲ κορούμενον ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις Ἀριστοφάνους, ὥσπερ ἐν Καλλιππίδῃ Ἐπὶ τοῦ κορήματος καθέζομαι χαμαί. Difficilis sane locus, quem Meinekius I p. 227 ita expedivit, ut scriberet ὥσπερ ἐν Καλλιππίδῃ Στράττιδος. Tunc igitur iste versus Strattidis esset et ex Aristophanis comoedia nihil nisi hoc ipsum vocabulum κόρημα enotatum foret. Mihi vero visum est probabilius haec ita corrigere;

Ὥσπερεὶ Καλλιππίδης
ἐπὶ τοῦ κορήματος καθέζομαι χαμαί.

ut Aristophanes Callippidem, tragicum actorem, de quo vide Meinekium, illo loco irriserit.

XVI.

Photius p. 404 20: *Πεζίδα· τὴν ὤαν τοῦ ἱματίου. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις.*

XVII.

Pollux X 172: *Τὴν δὲ πήραν πηρίδιον εἴποις ἄν, ὡς ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις Ἀριστοφάνης.*

XVIII.

Hesychius: *Τριτοστάτης· Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς.* Recte Dindorfius *Τριτοστάτις.* vid. Pollux IV 106: *καὶ τὴν γυναῖκα δὲ τριτοστάτιν Ἀριστοφάνης καλεῖ.*

XIX.

Harpocratio: *Δήμαρχος·* — *ὅτι δὲ ἠνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις.*

ΤΑΓΗΝΙΣΤΑΙ.

Unam ex posterioribus fabulis esse facile apparet, si quis reliquias non sane exiguas accuratius examinaverit; illud tamen dubium utrum adscribenda sit secundae an tertiae comoediarum classi: non tamen Olymp. XCIII 3 multum aut antegressa aut subsecuta esse videtur. Et temporis quidem nullae propemodum reperiuntur notae, nisi quod Prodicus Fragm. III perstringitur, Prodicus autem, qui circa Olymp. LXXXVI Athenas venit, vid. Welcker. in Museo Rhenano I, 1 p. 6, diu ibi commoratus est plurimosque habuit discipulos aetatemque satis extendit, siquidem Plato in Apologia Socr. p. 19 E eum tanquam virum memorat cum Socrates in iudicium esset vocatus h. e. Olymp. 95 2. Cfr. de Prodico

Comment. p. 335. Comoediae autem institutum haud perspexit Suevernius in Comment. de Avv. p. 42, qui censet poetam in hac fabula exhibuisse virum aliquem divitem et nobilem eundemque litterarum philosophiaeque studiosum improborum adulatorum grege stipatum: et ut solet vir ingeniosissimus iusto audacius coniectura augurari, ita haec quoque ad certum aliquem hominem revocare studuit, Calliamque, Hipponici filium, exagitatum esse censuit, quae quidem coniectura nullo prorsus firmatur argumento. Immo Aristophanes ut solet in plerisque comoediis, finxerat liberrime fabulam induxitque iuvenem aliquem Atticum, qui pariter atque Callias opes perdidit istis studiis deditus, sed profecto non magis ipse ille Callias fuit, quam in Avibus Pisthetaerus Alcibiadis, aut in Amphiarao senex ille decrepitus Niciae partes tuitus est. Ad Calliam autem multo minus potest haec comoedia referri, si eam recte ad seriora tempora reieci: occupaveratque idem argumentum Eupolis in Adulatoribus, quae fabula integra in Calliae nomine deridendo versabatur. At intercedit sane magna quaedam similitudo inter utriusque comoediae institutum: et *Ταγηνισταί*, de quo nomine cfr. Pollux X 39, dicta est haec comoedia a choro assentatorum, quemadmodum Eupolis dixit Fr. VII: *Τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων.* Divitem autem illum hominem, cuius primae fuerunt in hac fabula partes, poeta, ut coniicio, finxit eiusdem illius Prodici disciplina et institutione usum esse, id quod non solum coniicio inde, quod Prodicus Fr. III commemoratur tanquam iuvenum corruptor, sed maxime ex Fr. I in quo quae disputuntur, plane cum Prodici doctrina de morte vitaque humana congruunt.

I.

Καὶ μὴν πόθεν Πλουτὼν γ' ἂν ὠνομάζετο,
εἰ μὴ τὰ βέλτιστ' ἔλαχεν; ἓν δέ σοι φράσω,
ὅσῳ τὰ κάτω κρείττω 'στὶν ὧν ὁ Ζεὺς ἔχει.
ὅταν γὰρ ἱστᾷς, τοῦ ταλάντου τὸ ῥέπον

κάτω βαδίζει, τὸ δὲ κενὸν πρὸς τὸν Δία.
* * * *
Οὐδ' ἄν ποθ' οὕτως ἐστεφανωμένοι νεκροὶ
προὐκείμεθ', οὐδ' ἂν κατακεχριμένοι μύροις,
εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει·
διὰ ταῦτα γάρ τοι καὶ καλοῦνται μακάριοι·
πᾶς γὰρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται,
κατέδαρθεν, εὐδαίμων, ὅτ' οὐκ ἀνιάσεται.
καὶ θύομέν γ' αὐτοῖσι τοῖς ἐναγίσμασιν
ὥσπερ θεοῖσι καὶ χοάς γε χεόμενοι
αἰτούμεθ' αὐτοὺς τὰ καλὰ δεῦρ' ἀνιέναι.

Stobaeus CXXI 18 *περὶ συγκρίσεως ζωῆς καὶ θανάτου.* Vol. III p. 477 ed. Gaisf. *Ἀριστοφάνους Ταγηνισταῖς· Καὶ μὴν κτλ.* Lemma omissum in ed. Trincav., cod. V *Ἀριστοφάνης ταγηνιτ.* totus locus omissus in cod. A. Quae inde a v. 5 sequuntur non sane videntur continuo cohaerere cum reliquis, itaque lacunam indicavi; at prorsus improbanda Dindorfii ratio, qui haec omnia Aristophani abiudicat, et ad novae comoediae poetam nescio quem transfert, quod cum nullis argumentis firmare conatus sit, redarguere nihil adtinet: illud satis apparet vel ex institutae sententiae ratione et similitudine utrumque fragmentum ex eadem comoedia eodemque loco petitum esse: et fortasse non librariorum culpa aliquot versus exciderunt, sed Stobaeus post v. 5 consulto ea praetermissit, quae alter ex colloquentibus interposuerat. Vs. 6 legebatur *οὐ γὰρ ἄν ποτε οὕτως ἐστεφανώμενοι*, scripsi *οὐδ' ἄν ποθ' οὕτως*, in fine autem versus addidi *νεκροί*, quod vel instituta sententia requirit. — Vs. 7 recte Dindorfius adiecit *μύροις*. Respicit autem poeta mortuorum componendorum consuetudinem, qui coronis ornabantur ampullaque instruebantur, quasi qui ad solennitatem aliquam profecturi. cfr. Ecclesiaz. v. 538: *Ὤιχου καταλιποῦσ' ὡσπερεὶ προκείμενον Μόνον οὐ στεφανώσασ' οὐδ'*

ἐπιθεῖσα λήκυθον. Adde ibid. v. 1033 sqq. — Vs. 13 χεόμενοι Seidlerus scripsit, codd. χέομεν. Pertinet autem hic locus ad ἐπίδειξιν aliquam, quam Prodicus habebat: ad Prodici certe placita omnino illa conformata est oratio, qui mortem longe praeferendam esse vitae censuit, vid. Welcker. in Mus. Rhen. I 4 p. 608 sqq. quique p. 621 etiam hunc locum scite ad Prodicum rettulit. Et Prodici ingenium philosophandique rationem maxime produnt illa argumenta, quae ex ipsius sermonis auctoritate petita sunt, ut v. 1 de Plutone, item v. 9 sq. Prodicus enim vim et notionem verborum diligentissime perscrutari et perpendere solebat, vid. Welcker ibid. p. 559.

II.

Ἀλλὰ στεφάνωσαι· καὶ γὰρ ἡλικίαν ἔχεις
ἀποχρῶσαν ἤδη.

Grammaticus in Bekkeri Anecd. I p. 439 22 et Suidas: *Ἀποχρώντως· αὐτάρκως, ἱκανῶς. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς· Ἀλλὰ στ. κτλ.* Videtur haec dicere improbus iuvenis, qui patrem de vita decedere iubet: acuteque coniicit Welckerus haec quoque Prodiciae doctrinae irrisionem continere.

III.

Τοῦτον τὸν ἄνδρ' ἢ βιβλίον διέφθορεν
ἢ Πρόδικος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις.

Scholiasta Nubb. 360 (et Suidas v. *Πρόδικος*): *Προδίκῳ — μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς· Τὸν ἄνδρα τοῦτον ἢ κτλ.* Vs. 1 inverso ordine scripsi *τοῦτον τὸν ἄνδρ' ἢ*. Deinde *διέφθορεν* Kusterus, vulgo *διέφθειρεν*. — Vs. 2 Suidas *ἀδολέσχων*. Tum scholiasta mira varietate *εἴσφρησις*. Adde Proclum in Platonis Parmenidem IV p. 50 ed. Cousin: *Αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην καλούντων τῶν κωμῳδοποιῶν καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἀπαξάπαντας καὶ τοὺς ὑποδουμένους εἶναι διαλεκτικοὺς*

ὡσαύτως ὀνομαζόντων· Μισῶ δὲ καὶ τὸν Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην Ἢ Πρόδικος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις. Prior versus Eupolidis est Fr. Inc. X.

IV.

Β. Τὰ Θετταλικὰ μὲν πολὺ καπανικώτερα.
Α. Τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν;

Athenaeus X p. 418 D: *Ἔλεγον δὲ καὶ Θετταλικὴν ἔνθεσιν τὴν μεγάλην. Ἕρμιππος Μοίραις Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος μύων ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν. ταῦτα δὲ καπανικὰ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς· Τί πρὸς τὰ κτλ. οἷον τὰ ἁμαξιαῖα. Θετταλοὶ γὰρ τὰς ἀπήνας καπάνας ἔλεγον.* Vs. 2 legebatur *καὶ τὰ Θετταλικῶν*, itaque Brunckius duo fragmenta diversa esse censet, sed recte *καὶ* omisit Stephanus in Thesauro p. CCCXV ed. Londin. *Θετταλικὰ* epitome recte pro *Θετταλικῶν. Ἀριστοφάνης δὲ τὰ Λυδῶν δεῖπνά φησι καὶ τὰ Θετταλῶν, καὶ τὰ Θετταλικὰ μὲν πολὺ καπανικώτερα. οἷον — ἔλεγον.* Item Eustathius p. 857 28: *Θετταλοὶ γάρ, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου φέρεται, τὰς ἀπήνας καπάνας ἔλεγον, ὅθεν καὶ καπανικὰ παρ' αὐτοῖς τὰ ἁμαξιαῖα, ὡς δηλοῖ, φησίν, Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Λυδῶν δεῖπνα καὶ Θετταλῶν, ὧν τὰ Θετταλικὰ πολὺ καπανικώτερα.* Adde Hesychium: *Καπανικώτερα· ἀπὸ τῆς φάτνης, χορταστικώτερα. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ μείζονα. καπάνας γὰρ ἀπήνας λέγουσιν.* Assentatores ista dicunt de magnifico ientaculi apparatu, quo spectant pleraque comoediae fragmenta.

V.

Τί οὖν ποιῶμεν; χλανίδ' ἐχρῆν λευκὴν λαβεῖν·
εἶτ' ἰσθμιακὰ λαβόντες ὥσπερ οἱ χοροὶ
ᾄδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον.

Athenaeus XV p. 677 B: *Ἰσθμιακόν. οὕτως τοῦτον καλούμενον στέφανον Ἀριστοφάνης μνήμης ἠξίωσεν ἐν Ταγηνισταῖς λέγων οὕτως· Τί οὖν ποιῶμεν κτλ.* Ex hoc loco

facile aliquis coniiciat servos potius choreutas fuisse, qui cibos paraverint, atque inde fabulam traxisse nomen; at illi adulatores iuvenem divitem tanquam servi herum videntur coluisse. Et elegantes quoque iuvenes istam artem tractare solebant, vid. Eupolis Fr. Inc. II: *Μισῶ λακωνίζειν, ταγηνίζειν δὲ κἂν πριαίμην* — qui locus ad Adulatores est referendus pariter atque Fr. X.

VI.

Ἐρείδετον, κἀγὼ κατόπιν σφῷν ἕψομαι.

Photius p. 13 2: *Ἐρείδειν· τὸ ἐσθίειν σφοδρῶς· ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν συντόνως. Ταγηνισταῖς Ἐρείδετον κτλ.*

VII.

Οὐ μὴν ὅ γε σὸς ἀδελφὸς οὐ
ἀπελάγχανεν.

Harpocratio: *Ἀπολαχεῖν· ἀντὶ ἁπλοῦ τοῦ λαχεῖν. — Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς Οὐ μὴν κτλ.* Respicit haec Grammaticus in Bekkeri Anecd. I p. 430 9: *Ἀπολαχεῖν· ἀντὶ τοῦ λαχεῖν. οὕτω Λυσίας καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ἀντιφῶν.* Adde Zonaram p. 265: *Ἀπολαχεῖν· ἀντὶ τοῦ διαλαχεῖν· οὕτως Λυσίας καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ἀντιφῶν.*

VIII.

Λαμβάνετε κόλλαβον ἕκαστος.

Athenaeus III p. 110 F: *Κολλάβους δ' ἄρτους ὁ Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς Λαμβάνετε κτλ.*

IX.

Ἅλις ἀφύης μοι. παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων.
ἀλλὰ φέρεθ' ἡπάτιον, ἢ καπριδίου νέου
κόλλοπά τιν'· εἰ δὲ μή, πλευρόν, ἢ γλῶτταν, ἢ
σπλῆνά γ' ἢ νῆστιν, ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς
ἠτριαίαν φέρετε δεῦρο μετὰ κολλάβων
χλιαρῶν.

Athenaeus III p. 96 C: *Γλώσσης δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς διὰ τούτων· Ἅλις κτλ.* Adde III p. 110 F: *Κολλάβους δ᾽ ἄρτους ὁ Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς Λαμβάνετε κόλλαβον ἕκαστος. καὶ πάλιν· Ἢ δέλφακος ὠπωρινῆς — χλιερῶν.* Et alii praeterea multi grammatici partim haec respiciunt, vid. schol. Equitum v. 642. Acharn. v. 640. Suidas in *ἅλις*, *ἀφύα*, *θωπεύει* et *παρατέταμαι*, Etymol. M. p. 439 44. Photius p. 299 5. Eustathius p. 1752 16. Vs. 1 *μοι* omissum apud Suidam in *ἅλις* et *παρατέταμαι*. *κάπτων*] *ἐσθίων* scholiasta Acharn. v. 640 et Suidas l. l. et in *θωπεύει*. — Vs. 2 respicit Athenaeus III p. 107 F: *Ἠπάτιον δ᾽ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς.* Legitur vulgo *ἀλλὰ φέρετ᾽ ἀπόβασιν ἠπάτιον*, hinc Seidlerus *ἀλλὰ φέρετ᾽ ὀπτὰ βάτιν* (sive potius *βατίδ᾽*) coniecit, Fritzschius autem *ἀλλὰ φέρεθ᾽ ἠπάτιον ἢ βάτιον ὀπτὸν ἤ*. Equidem Dindorfium secutus sum, qui illud *ἀπόβασιν* plane eiecit. — Vs. 4 *σπλῆνά γ᾽*] vulgo *σπληνός*. Respicit Photius p. 299 5: *Νῆστιν· τὸ ἔντερον ἢ σπλῆνα ἢ γλῶτταν. Ἀριστοφάνης.* Unde recte Hermannus *σπλῆνά γ᾽*, Seidlerus *σπλῆνας*. *ὀπωρινῆς*] vulgo *ἢ ῥίνης*. At recte *ὀπωρινῆς* exhibet Athenaeus III p. 110 F, quem locum supra adscripsi, et rursus IX p. 374 F: *Ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν τοὔνομα τάττει Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς· Ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς ἠτριαῖον.* — Vs. 5 vulgo *ἢ τριέα*. Sed *ἠτριαίαν* Athenaeus III p. 110 F: *ἠτριαῖον* autem infra IX p. 374. *ἠτριαίαν* germanam esse lutionem ostendit Etym. M. p. 439 42: *Ἀριστοφάνης ἠτριαῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, καὶ ἠ τ ρ ι α ί α θηλυκὸν ἐν Ταγηνισταῖς.* Cfr. Thesmophor. Fr. III 6. — Vs. 6 *χλιερῶν* Athenaeus III p. 110 F exhibet.

X.

Μηδὲ τὰ Φαληρικὰ τὰ μικρὰ τάδ᾽ ἀφύδια.

Athenaeus VII p. 285 E: *Ἀφύδια δ᾽ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς Μηδὲ τὰ μικρὰ τὰ Φαληρικὰ τάδ᾽ ἀφ.* quod correxit Porsonus apud Gaisf. ad Hephaest. p. 331.

XI.

Τὸ δ' ἔτνος τοὐν ταῖς κυλίχναις τουτὶ θερμὸν καὶ τοῦτο
παφλάζον.

Pollux X 88: *Καὶ κυλίχνας δὲ ἀγγεῖον ὀψοφόρον ἐν Ταγηνισταῖς δόξειεν ἂν Ἀριστοφάνης λέγειν εἰπών· Τὸ δ' ἔτνος ἐν ταῖς κτλ.* Recte Dindorfius *τοὐν* scripsit. Bentleius *τὸ δ' ἔτνους.*

XII.

Ὡς οὐψώνης διατρίβειν
ἡμῶν ἄριστον ἔοικεν.

Athenaeus IV p. 171 B: *Ὀψώνην δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς διὰ τούτων Ὡς οὐψώνης κτλ.* Legebatur *ἡμῶν τὸ ἄριστον.* Articulum delevit Dindorfius, nisi forte legendum *θἠμῶν ἄριστον.* De versuum numeris dixi in Comment. p. 162.

XIII.

Ὁ δὲ λύων κύστιν ὑείαν
κἀξαιρῶν τοὺς Δαρεικούς.

Pollux X 151: *Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ (τοῦ βαλαντίου) κύστιν ὑείαν ἐν Ταγηνισταῖς Ὁ δὲ λύων κτλ.* Legebatur *κἀξαίρων.* Correxit Bentleius, nisi quod praeter necessitatem scripsit *κᾆτ' ἐξαιρῶν.*

XIV. XV.

Χθονίας Ἑκάτης
σπείρας ὄφεων ἐλελιζομένης.
B. τί καλεῖς Ἑκάτην τὴν Ἔμπουσαν;

Scholiasta Ranarum v. 295: *Ἔνιοι δὲ (τὴν Ἔμπουσαν) τὴν αὐτὴν τῇ Ἑκάτῃ, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς. Χθονίας Ἑκάτης πεῖρα σοφῶν ἐξελιξομένη. εἶτα ἐπιφέρει τί καλεῖς τὴν ἔμπουσαν.* Vs. 1 et 2 scripsi *χθονίας Ἑκάτης σπείρας ὄφεων ἐλελιζομένης.* Paullo aliter Seidlerus, qui *χθονία θ' Ἑκάτη σπείρας ὄφεων ἐλελιζομένη* coniecit, comparata Hesychii glossa *Ἐλελιζομένη. σειομένη.* Ceterum olim suspicatus sum huc pertinere incerti alicuius poetae

versus apud Plutarchum Moral. p. 166 A: Ὑπερεξαπατῶσιν ἑαυτοὺς καὶ δαπανῶσι καὶ ταράττουσιν εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες λέγοντας Ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ἔνυπνον φάντασμα φοβεῖ Χθονίας θ᾽ Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω. Itaque existimabam haec sic esse redintegranda:

Ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ἔνυπνον φάντασμα φοβεῖ
χθονίας θ᾽ Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω
σπείρας ὄφεων ἑλιλιζομένης.

Nunc tamen malim illos anapaestos Euripidi tribuere, fierique potest ut Aristophanes illum ipsum Euripidis locum respexerit. In altero autem fragmento addidi *Hecatae* nomen, ut haec sit sententia, *quid eam, quae Empusa est, Hecatae nomine invocas?*

XVI.

Φέρε παῖ ταχέως κατὰ χειρὸς ὕδωρ,
παράπεμπε τὸ χειρόμακτρον.

Athenaeus IX p. 410 B: Χειρόμακτρον δὲ καλεῖται ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ὠμολίνῳ. — Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς Φέρε παῖ κτλ.

XVII.

Ὑποπεπώκαμεν γάρ, ὦνδρες, καὶ καλῶς ἠρίσταμεν.

Athenaeus X p. 422 F: Καὶ ἠρίσταμεν δ᾽ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς· Ὑποπεπώκαμεν κτλ. Legebatur ὑποπεπτώκαμεν, quod emendavit Schweighaeuserus. γὰρ addidit Porsonus. Erfurdtius μέν.

XVIII.

Ἀπασκαρίζειν ὡσπερεὶ πέρκην χαμαί.

Suidas: Ἀπασκαρίζειν· Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς Ἀπασκαρίζειν κτλ.

XIX — XXI.

Pollux X 173: Καὶ ἐν Ταγηνισταῖς Νεβρίδα καὶ λίθους πωρίνους καὶ κηρύκιον. Male haec in versus formam redigunt, quae nequaquam cohaerent inter se, sed

ex diversis locis repetita sunt; varia enim, quae est ratio illius loci, Pollux recenset.

XXII.

Herodianus *περὶ μονήρους λέξεως* p. 8 33: *Τισαμενός, Δεξαμενός, Ἀκεσαμενός, Κλαυσαμενός· καλεῖται δὲ ἐν Μαλακοῖς· Ἀγχομενὸς γενναῖα βοιώτιος ἐν Ἀγχομενοῦ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.* Haec non expedio.

XXIII. XXIV.

Herodianus Piersoni p. 465: *Ἀπέδραν ἐγὼ τὸ πρῶτον πρόσωπον, οὐχὶ ἀπέδρων. καὶ ἀπέδραμεν ἡμεῖς τὸ πληθυντικόν. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ταγηνισταῖς Δεῦρο δ' ἂν οὐκ ἀπέδραμεν.* Adde Bekkeri Anecd. III p. 1066. Respicit eundem hunc locum Phrynichus ibidem I p. 11, 1: *Ἀπέδραμεν· τετρασυλλάβως καὶ ἀπέδρατε καὶ ἀπέδραν, βραχείας τῆς τοῦ ἀπέδραν ἐσχάτης συλλαβῆς· ἀλλὰ καὶ τὸ ἑνικὸν πρῶτον πρόσωπον ἀπέδραν, ἐκτεταμένου τοῦ ἐπὶ τέλους ᾱ καὶ ἀπέδρας καὶ ἀπέδρα κτλ.* Phrynichus enim pleraque ex Aristophane petiit, cuius auctoritatem satis magni fecit. Rursus huc pertinet locus Phrynichi p. 266 ed. Lobeck, in quo loco recte vidit Dindorfius temere confusa esse, quae de structura verbi *εὐαγγελίζεσθαι* et quae de usu formae *ἀπέδραν* praeceperint grammatici. Iam vero illa ultima: *ἐγὼ δὲ ἀπέδραν ἐκεῖνον δευρὶ ἄνθρωπον δὴ* (vel *δευριανὸν δὴ*), quae non expedivit Dindorfius, ita sunt constituenda:

Ἐγὼ δ' ἀπέδραν ἐκεῖνον.
Δευρὶ δ' ἂν οὐκ ἀπέδραμεν.

Est enim hic ipse locus Tagenistarum, et illud ipsum *δευρὶ* plane requiritur: alterum autem fragmentum etiam Aristophani vindicaverim videturque ex hac ipsa fabula petitum.

XXV.

Galenus in commentario ad Hippocratis aphorismos V p. 322 ed. Basil.: *Ἀμφιδέξιον Εὐριπίδης εἴρηκε σίδηρον*

τὸν ἑκατέρωθεν μὲν τέμνοντα, περιδέξιον δὲ τὸν Ἀστεροπαῖον Ὅμηρος τὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὁμοίως χρώμενον, ὡς εἰ καὶ ἀμφοτεροδέξιον εἰρήκει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀμφαρίστερον Ἀριστοφάνης εἶπεν ἐν Ταγηνισταῖς ἄνθρωπον ἀμφοτέρωθεν ἀριστερόν. Adde Phrynichum in Bekkeri Anecd. I p. 81 10: *Ἀμφαρίστερος· ἐναντίον τοῦτο τῷ περιδέξιος· σκωπτικὸν πάνυ τὸ ὄνομα.*

XXVI. XXVII.

Pollux X 47: *Βάθρα, βαθράδια, ὡς ἐν Ταγηνισταῖς.* Utrumque videtur Aristophanes dixisse.

XXVIII.

Scholiasta Platonis p. 368 ed. Bekker: *Διὸς Κόρινθος· ἐπὶ τῶν ἄγαν μὲν ὑπερσεμνυνομένων, κακῶς δὲ καὶ πονηρῶς ἀπαλλαττόντων — μέμνηται δὲ ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις — καὶ ἐν τοῖς Ταγηνισταῖς.*

XXIX.

Grammaticus in Crameri Anecd. I p. 223 19: *Δόκος γὰρ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ δοκὸς ὀξυτόνου τοῦ σημαίνοντος τὴν δόκησιν. καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ταγηνισταῖς σημαίνει τὴν ἀγχόνην.*

XXX — XXXII.

Pollux X 101: *Καὶ μὴν ἐσχάραν εἴποις ἂν τὸ ἀνθράκιον τοῦτο καὶ ἐσχάριον, Ἀριστοφάνους ἐν Ταγηνισταῖς εἰπόντος ἐσχάρια, καί που καὶ ἐσχαρίδα.* — Idem VII 149: *Τὸ δὲ εὐκαρπεῖν ἐν Ταγηνισταῖς καρπεύειν.* Aut scribendum *καὶ καρπεύειν*, ut utrumque in hac fabula usurpaverit comicus, aut plane delendum, quod probabilius, cum supra iam ex Hyperide attulerit Pollux. — Idem VII 168: *Καὶ παραλοῦται δ' Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς.* Sic recte Brunckius, vulgo *Ἀγωνισταῖς.*

XXXIII.

Scholiasta Platonis p. 383: *Ἐκιρνῶντο ἐν ταῖς συνουσίαις κρατῆρες τρεῖς, καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου*

καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, — ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ τέλειον, ὡς Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.

XXXIV.

Harpocratio: *Κύπασσις· — οἱ γλωσσογράφοι χιτῶνος εἶδός φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν κύπασσιν, οἱ μὲν γυναικείου, οἱ δὲ ἀνδρείου. μέμνηται δ' αὐτοῦ — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ταγηνισταῖς.*

XXXV.

Etymol. M. p. 551 23 et Gudian. 358 22: *Κωνῆσαι· κυρίως τὸ κέραμον πισσῶσαι. κωνᾶν γὰρ τὸ στρέφειν. καὶ τοὺς βέμβικας κώνους λέγουσι. καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Ταγηνισταῖς τὸ περιενεγκεῖν κωνῆσαι λέγει.* **Fortasse** *περικωνῆσαι* **scribendum, quemadmodum in Vespis 600 est** *περικωνεῖ.*

XXXVI. XXXVII.

Pollux X 93: *Ἐν δὲ Ταγηνισταῖς ὠνόμασταί τι καὶ μελιτήριον ἄγγος.* — **Idem X 119**: *Ὅτι μὲν καὶ μυρίδιον εἴρηκε τὸ μύρον Ἀνιστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς ἰστέον.*

XXXVIII.

Photius p. 383 21 et Suidas, *Παραιξορουσον* **(ita Photius, Suidas** *παραιξοροῦσιν*): *Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. ἀπέδωκαν δὲ οἱ μὲν παιδιᾶς εἶδός τι, Εὐφρόνιος δὲ παροιμιωδῶς λέγεσθαι ἐπὶ τῶν παρακελευομένων ταχέως ἥκειν ἢ ἀπαλλάττεσθαι.* **Apostolius Proverb. XV 60**: *παραξοροῦσιν Ἀριστοφάνης — εἶδός τι· ἀφρόνιος δὲ παροιμιῶδες — ἀπαλλάττεσθαι.* **Recte videtur Meinekius Quaest. sc.** *πάρεξ ὄρουσον* **restituisse; Dindorfii certe ratio improbanda, qui ex Iliad.** *γ* **325**: *Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν, Πάρι ἐξόρουσον* **coniecit legendum esse.**

XXXIX.

Scholiasta Pacis v. 1140: *Σαρδιανικόν· διαφέρουσι γὰρ αἱ Λυδικαὶ βαφαὶ — καὶ ἐν Ταγηνισταῖς τῇ λέξει κέ-*

χρηται. Ita Bekkerus edidit, at Dindorfius nuper ad v. 1165 haec rettulit, ubi de significatione novis *φήληξ* ista leguntur: *Οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ὠμοῦ σύκου κέχρηται, εἰπὼν οἰδαίνοντα· οἰδαίνεται γὰρ ὅτε ἄρχεται πεπαίνεσθαι· καὶ ἐν Ταγηνισταῖς δὲ τῇ λέξει κέχρηται.*

XL.

Photius: *Σπινός· διὰ τοῦ ἑνὸς ν λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. σπίνος* scribendum esse praecipit Herodian. *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 39 34.

LXI.

Athenaeus VI p. 260 E: *Τί δεῖ πρὸς τούτοις ἔτι παρατίθεσθαι τὰ ἐκ Ταγηνιστῶν τοῦ χαρίεντος Ἀριστοφάνους;* Disserit Athenaeus de aurei saeculi felicitate, quam comici poetae non semel magnifice exornaverunt. Atque ego quidem censebam ex hac descriptione petitos esse aliquot versus, quos Plutarchus non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 16 exhibet, poetae nomine non adiecto, quos adscripsi supra ad *Σκηνὰς καταλαμβ.* Fr. III. Dixi de iisdem in Comment. p. 194. Nunc tamen non putaverim ab antiquae comoediae poeta istos versus profectos esse.

ΤΕΛΜΗΣΣΗΣ.

Nomen fabulae accepit a gente Carica, quae oracula, prodigia, somnia interpretari solebat, vid. Cicero de divinat. I 41: „Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina." et c. 42: „Tum Caria tota, praecipueque Telmesses, quos ante dixi, quod agros uberrimos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter fecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt." Cfr. Aelian. Var. Hist. XII 64. Hos autem augures apud Athenienses, religiosissimos homines, magna fuisse auctoritate illo tempore, ubi superstitio graviter vulgi animos

vexabat, consentaneum est. Itaque ab his haruspicibus comoedia traxit appellationem, in qua quidem poeta fraudes vatum superstitionisque temeritatem videtur illusisse: sed qua ratione institutam sententiam persecutus sit poeta, non facile ex paucis fragmentis coniicias: neque de tempore quidquam constat. Chaerephon quidem videtur Fr. XIV et ut coniicio, Plato Fr. III. Itaque inter posteriores fabulas referenda est: malim tamen secundo ordini comoediarum quam tertio inserere.

I. II.

Ὡς ἄν τις ἂν οὖν ᾖ, τί ποιήσας, ὦ Τελεμησσεῖς;
φέρε δὴ τοίνυν ταῦθ' ὅταν ἔλθῃ, τί ποιεῖν χρή μ', ὦ Τελεμησσεῖς.

Stephanus Byzant. *Τελμισσός· πόλις Καρίας, ὡς δὲ Φίλων καὶ Στράβων, Λυκίας. ἔστι γὰρ ἀμφοτέρων ὅριον μετὰ Δαίδαλα· ὁ πολίτης Τελμισσεύς, καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τελμισσεῖς. λέγεται καὶ τετρασυλλάβως Τελεμισσεῖς, ὡς αὐτὸς ἐν αὐτῷ· Ὡς ἄν τις ἂν οὖν ὅτι* (cod. Vratisl. *ἦτι*, Voss. *ἤτι*) *ποιήσας ὡς Τελεμισσεῖς, καὶ πάλιν· Φέρε — Τελεμισσεῖς. ἔστι δὲ τὸ μέτρον ἀναπαιστικὸν τετράμετρον καταληκτικόν, οὗ πρὸ τῆς τελευταίας συλλαβῆς ἀνάπαιστος τάττεται, σπανιαίτατα δὲ σπονδεῖος.* Igitur metri tantum gratia poeta ascivit formam quattuor syllabarum, nam spondeum sedulo vitant comici poetae, vide tamen Commentat. p. 279. Ceterum rarius urbs illa *Τελμησσός*, quam *Τελμισσὸς* scribitur, adque eam normam hic scripsi *Τελεμησσεῖς*, Dindorfius mavult *Τελεμησῆς*. Praeterea v. 1 scripsi *ᾖ, τί ποιήσας, ὦ Τελεμησσεῖς.* Priòra, cum aliquid exciderit, redintegrari nequeunt. Consulit autem aliquis consilii inops, ostenti ut videtur metu percussus, haruspices Telmessenses.

III.

Οὐ γὰρ τίθεμεν τὸν ἀγῶνα τόνδε τὸν τρόπον
ὥσπε τέως ἦν, ἀλλὰ καινῶν πραγμάτων.

Scholiasta Platonis p. 335 ed. Bekker: *Ἐν δὲ τοῖς Ἀριστοφάνους Τελμησσεῦσι τὸ τέως ἀντὶ τοῦ πρότερον κεῖται· Οὐ γὰρ τίθεμεν κτλ.*

IV.

Aristides I p. 277 6 Iebb.: *Ἡ κωμῳδία γε τὸ λοιπόν ἐστιν, ἔλεγον δὲ ἀναφέρων εἰς τοὺς Τελμισσέας (τελμισέας* **codex Laurentianus)** *τοῦ Ἀριστοφάνους ὡς ἐκεῖ λόγῳ τις ἠγωνίζετο, ἔργῳ δὲ οὔ.* **Nescio an Aristidis locus pertineat ad fragmentum superius. Fort. Aristophanes scripserat:**

Λόγῳ γὰρ ἠγωνιζόμεσθ', ἔργοισι δ' οὔ.

V.

Α. Τράπεζαν ἡμῖν εἴσφερε
τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέτταρας δὲ μὴ 'χέτω.
Β. Καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι;

Athenaeus II p. 49 C: *Ἀριστοφάνης· Τράπεζαν ἡμῖν κτλ.* **Eadem affert Eustathius p. 1398 17. respicit idem p. 867 25:** *πέπαικται τὸ Οἴμοι πῶς ἂν εὕροιμι τρίπουν τράπεζαν;* **Vs. 1** *εἴσφερε* **Porsonus, vulgo** *φέρε.* — **Vs. 2** *τέτταρας* **Eustathius, vulgo** *τέσσαρας.* **Ad Telmessenses autem haec referenda esse docet Pollux, qui versum tertium affert X 80. Idem VI 83:** *Καὶ τρίποδες —. καὶ ἔστι τοὔνομα — καὶ ἐν Τελμισεῦσιν Ἀριστοφάνους.*

VI.

Οἴνου τε Χίου στάμνον ἥκειν καὶ μύρον.

Pollux X 72: *Ἀριστοφάνης ἐν Τελμησεῦσι* **(alii libri** *τελμισσεῦσι) λέγει· Οἴνου τε κτλ.*

VII.

Πινακίσκον ἄπυρον ἰχθυηρόν.

Pollux X 82: *Ἀριστοφάνης δ' ἔοικε διαιρεῖν τινας ἀπύρους καὶ ἐμπύρους πινακίσκους, ὡς ὅταν φῇ ἐν Τελμησεῦσι* **(codices aliquot** *τελμισσεῦσι) Πινακίσκον κτλ.* **Respicit hunc versum Phrynichus in Bekkeri Anecd. I p. 14 22:** *Ἄπυρον πινακίσκον· καινόν, μή πω πυρὶ προσενηνεγμένον.*

VIII.

Μεταπέμπου νῦν ταῦτα σπουδῇ καὶ μύρον, εὕρημα Μεγάλλου.

Hesychius: *Μετάλλειον μύρον· Ἀριστοφάνης Μεταπέμπου κτλ. Μέταλλος γάρ τις Σικελιώτης τὴν τοῦ Μεταλλείου μύρου κατασκευὴν εὗρε. μνημονεύει δὲ καὶ Φερεκράτης ἐν τῇ Πετάλῃ.* Alios autem in hoc versu legisse *Μεγάλλου* apparet ex Athenaei XV p. 690 F: *Τὸ Μεγάλλιον· ὠνομάσθη γὰρ καὶ τοῦτο ἀπὸ Μεγάλλου τοῦ Σικελιώτου. οἱ δ' Ἀθηναῖόν φασιν εἶναι τὸν Μέγαλλον. μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῦσι καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ.* Adde praeterea Etymol. M. p. 587 7: *Μετάλλειον· οὕτω μύρον ἐλέγετο ἀπό τινος Μετάλλου Σικελιώτου, εὑρόντος αὐτοῦ τὴν κατασκευήν· ὃ καὶ διὰ τοῦ γ γράφει Ἀριστοφάνης Τελμισεῦσιν. Ὧρος.* De hoc unguento confer imprimis Theophrastum de odor. 29. 30. 33 ibique Schneider.

IX.

Athenaeus VII p. 308 F: *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Τελμισσεῦσιν* Μ ε λ α ν ο π τ ε ρ ύ γ ω ν *ἔφη* κ ο ρ α κ ί ν ω ν.

X.

Grammaticus Bekkeri p. 386 6: Ἀ λ φ ι τ ό χ ρ ω τ ο ς κ ε φ α λ ῆ ς· *τῆς πολιᾶς. Τελμισσεῦσιν Ἀριστοφάνης.* Codex *ταλμισσεῦσιν.* Respiciunt Hesychius: Ἀ λ φ ι τ ό χ ρ ω ς· *λευκή, πολιά,* et Eustathius p. 868 37: *Ἀλφιτόχρως κεφαλὴ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ πολιά.* Idem p. 976 53: *Οἱ κωμικοὶ ἀστεϊζόμενοι ἀλφιτόχρωτας καὶ τοιαῦτά τινα σκώπτουσι τοὺς πολιούς.*

XI.

Hesychius: Π ύ λ α ι· *Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν* (cod. *τελμινσεῦσιν*, Musur. *Τελμησεῦσιν*) *ἐπὶ τῶν θυτῶν λέγει. ἐκεῖνοι γὰρ ἐπισκέπτονται τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος καὶ τὰς φλέβας.* Hoc de ipsis Telmessensibus dictum.

XII.

Harpocratio: *Σιπύα·* — *σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπύα. ἔστι δὲ πολλάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. Εὔπολις Χρυσῷ γένει, Ἀριστοφάνης Τελμισεῦσιν.*

XIII.

Etymol. M. p. 142 143: *Ἀρίστυλλος· ὄνομα παρ' Ἀριστοφάνει* (cod. August. apud Titmann. ad Zonaram I p. CXXVI *παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Τελμησοῖς). εἴρηται δὲ ὑποκοριστικῶς ὁ Ἀριστοκλῆς. ὡς γὰρ παρὰ τὸ Ἡρακλῆς Ἥρυλλος καὶ παρὰ τὸ Θρασυκλῆς Θράσυλλος καὶ παρὰ τὸ Βαθυκλῆς Βάθυλλος ὄνομα κύριον, ὁ ἐρώμενος Ἀνακρέοντος, οὕτω καὶ παρά τὸ Ἀριστοκλῆς Ἀρίστυλλος. οὕτως Ἡρωδιανὸς εἰς τὴν Ἀπολλωνίου εἰσαγωγὴν ἢ περὶ παθῶν. Διογένης (διογενιανὸς* cod. Augustanus) *ἀντὶ τοῦ ἄριστος· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισοῖς.* Corrigendum *Διογενιανὸς ἀντὶ τοῦ Ἀριστοκλῆς τοῦ Ἀρίστωνος.* Tangere enim videtur Platonem, qui antea Aristocles vocabatur. Vid. Diog. Laert. III 4: *ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη. πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς,* ubi cfr. interpret. V. Meinekium Hist. com. p. 287 sq. qui addit nunc ad hanc sententiam confirmandam Hesychii glossam, quae vulgo sic scribitur: *Ἀρίστυλλος· ὄνομα. Ἀρίστωτος· ἀρίστου ὥρα.* at codex *Ἀρίστυλλος· ἀρίστωτος· ἀρίστου ὥρα.* recte igitur Meinekius corrigit: *Ἀρίστυλλος· Ἀρίστωνος. Ἀριστητύς· ἀρίστου ὥρα.* Ridet autem comicus hoc Aristylli nomine Platonem etiam in Ecclesiaz. 674 et in Pluto v. 314, de quibus versibus alibi dicam. Cfr. Meinekium l. l. Ceterum *Ἀρίστυλλος* nomen proprium quoque fuit nequam inusitatum, vid. Corp. Inscr. I n. 169 col. I 38.

XIV.

Scholiasta Platonis Clark. p. 331: *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Τελμισσεῦσιν εἰς συκοφάντην ἀποσκώπτει τὸν Χαιρεφῶντα.*

ΤΡΙΦΑΛΗΣ.

Hanc fabulam commemorat Lucian. Fugitiv. c. 32: *Ἐστί τι ὠγαθὲ Τρικάρανος βιβλίον· Οὐδὲν ἄτοπον, ἐπεὶ καὶ Τριφάλης τῶν κωμικῶν εἷς.* at nihil inde de instituto argumentoque dramatis coniicias. Et I. G. Schneiderus quidem ad Aristotelis Polit. II p. 510 Triphaletem obscenum aliquem daemonem fuisse suspicatur, rectius vero Suevernius in Comment. de Nubb. p. 62 — 65 docuit sub Triphaletis nomine Alcibiadem delitescere: hunc enim in hac fabula Aristophanes potissimum perstrinxisse videtur. Nititur illa coniectura maxime Hesychii glossa: *Ἐπὶ Φαληνίου,* vide Fr. XIII. neque enim dubito quin et Aristophanis nomen ibi sit restituendum, et ille locus ad hanc comoediam sit referendus. Censet autem Suevernius hanc fabulam incidere in Olymp. XC mediam, quae coniectura maxime firmatur Aristarchi commemoratione Fr. IX et X, de qua re dixi in Comment. p. 342 seq. Hinc etiam statuendum est Theramenem illam legem, quam poeta significavit Fr. VIII, circa idem tempus tulisse.

I.

Λάβεσθε· καὶ γάρ ἐσθ' ὁμοῦ.

Scholiasta Platonis p. 380: *Ὁμοῦ σημαίνει τὸ ἐγγύς.— Ἀριστοφάνης Τριφάλητι· ἡ γὰρ τὸν Τριφάλητα τίκτουσά φησι Λάβεσθε κτλ.* Ad eandem Triphaletis matrem Suevernius in commentatione de *Γήρᾳ* p. 44 versum apud Pollucem allatum II 6: *Τὸ δὲ κύημα καὶ κύος Ἀριστοφάνης κέκληκεν Ἥτις κύουσ' ἐφάνη κύος τοσουτονί.*

II.

Ἐπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίσημοι ξένοι
ἐπηκολούθουν κἠντιβόλουν προσκείμενοι,

ὅκως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Χίον,
ἕτερος δ' ὅκως ἐς Κλαζομενάς, ἕτερος δ' ὅκως
*εἰς Ἔφεσον, * * * **
οἱ δ' εἰς Ἄβυδον· ἦν δ' ἐκεῖνα πάνθ' ὁδῷ.

Athenaeus XII p. 525 A: — *καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι παρακωμῳδῶν πολλοὺς τῶν Ἰώνων Ἐπειθ' ὅσοι κτλ.* Vs. 3 codd. *ὅπως*, at cum poeta Ionas perstringat, etiam illarum sermonem sequitur, recte igitur Dindorfius *ὅκως* scripsit. *ἔχων*] *ἄγων* Toupius in Addendis in Theocritum p. 409. *πωλήσει 'ς* Casaubonus. Vulgo *πωλήσεις*. Brunckius *πωλήσοι 'ς*. — Vs. 5 indicavi lacunam. Toupius haec cum sequentibus coniunxit in hunc modum: *Εἰς Ἔφεσον οὐδ' ἐς Ἄβυδον, ἦν δὲ πάνθ' ὁδῷ Ἐκεῖνα*, quem sequitur Dindorfius. Recte autem Suevernius p. 68 haec de Alcibiade interpretatur, quem propter venustatem plurimi expetiverint Iones.

III.

Scholiasta Vesparum v. 1339: *Φιαλεῖς· τῷ ἔργῳ ἐπιβαλεῖς. Ὅμηρος Αὐτὸς γὰρ ἐπίηλε τάδε ἔργα. — ἐν δὲ Τριφάλησιν Ἀριστοφάνης Κοὐδὲν ἄνδρα εἰς ἄτοπον οὐδ' ἀνεπιηλαι μέν.* Quae sic videntur corrigenda esse:

Κοὐδὲν ἂν ἕδρας ἄτοπον οὐδ' ἂν ἐπιήλαμεν.

IV.

Ἤιτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον.

Pollux IX 90: *Ἐν δὲ τῷ Τριφάλητι Ἀριστοφάνης καὶ ἀργυρίδιον εἴρηκεν Ἤιτουν τι κτλ.*

V.

Ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς.

Pollux X 121: *Οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλάβαστοι, ταῦτα τὰ σκεύη ἀλαβαστοθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι ἀλαβαστροθήκας ἔφη Ἀλαβαστροθήκας κτλ.* *Ἀλαβαστροθῆκαι* ex hoc eodem, ut videtur, loco affert Pollux VII 177.

VI.

Ἔπειτ' ἐπὶ τοὔψον ἧκε τὴν σπυρίδα λαβὼν
καὶ θυλακίσκον καὶ τὸ μέγα βαλάντιον.

Pollux X 151: *Καὶ μιξάμενοι δ' ἂν εἴποιμεν σκεύη, βαλάντια, καὶ βαλαντίδια — καὶ θυλάκιον δὲ καὶ θυλακίσκον. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Τριφάλητι τοῦτο ὑποδηλοῖ ὅταν φῇ· Ἔπειτ' ἐπὶ κτλ.*

VII.

Καὶ τὴν κυνῆν ἔχειν με κυρβασίαν ἐρεῖς.

Pollux X 162: *Ἡ δὲ καυσία πῖλος Μακεδονικὸς παρὰ Μενάνδρῳ, ὡς τιάρα Περσικός. καὶ κυρβασίαν δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι εἴρηκε Καὶ τὴν κτλ. κυνῆν* recte Salmasius, vulgo *κοινήν.*

VIII.

Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί.

Photius p. 613 4 et Suidas: *Τῶν τριῶν κακῶν ἕν· Λεγόμενόν τι ἐστί. — ταῦτα δὲ εἶναι λέγουσιν ἃ Θηραμένης ὥρισε προστιμήματα. Πολύζηλος Δημοτυνδάρεῳ Τριῶν κακῶν γοῦν ἦν ἑλέσθ' αὐτῷ τι πᾶσ' ἀνάγκη, Ἢ ξύλον ἐφέλκειν, ἢ πιεῖν κώνειον, ἢ προδόντα Τὴν ναῦν ὅπως τάχιστα τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι. Ταῦτ' ἐστὶ τρία Θηραμένους, ἅ σοὶ φυλακτέ' ἐστίν. Ἀριστοφάνης Τριφάλητι Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί.* **Hesychius:** *Τῶν τριῶν ἕν· Θηραμένης ἐψηφίσατο τρεῖς τιμωρίας κατὰ τῶν παράνομόν τι δρώντων.* **Cfr. scholiasta Aristoph. Ran. v. 546 de Theramene:** *Δοκεῖ καὶ οὗτος καὶ ταῦτα τὰ τρία ἐπιψηφίσασθαι ἐπὶ ζημίᾳ, ἢ δεσμεύεσθαι ἐν ξύλῳ ἢ πιεῖν κώνειον, ἢ ἐκφυγεῖν.*

IX. X.

Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι.
Τοὺς Ἴβηρας, οὓς χορηγεῖς μοι, βοηθῆσαι δρόμῳ.

Stephanus Byzant. in v. *Ἰβηρία δύο* **apud Constant. Porphyrog. de administr. imp. c. XXIII p. 77 ed. Bandur:**

Τὸ ἔθνος Ἴβηρες, ὡς Πίερες, Βύζηρες. Διονύσιος (v. 282) *Ἀγχοῦ στηλάων μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων. καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι. καὶ Τοὺς Ἴβηρας οὓς χορηγεῖς μοι βοηθῆσαι δρόμῳ.* De Aristarcho et Iberibus, quibus praeerat, dixi in Commentat. p. 342 sqq. Altero autem versu ipsum Aristarchum unus aliquis ex amicis eius et sodalibus alloquitur; verba autem male vulgo disiungebantur, copulanda sunt *οὓς χορηγεῖς μοι*, h. e. sagittarios, quos mihi paras, subsidio mittis.

XI.

Hesychius: *Ἑρμῆς τρικέφαλος· Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι τοῦτο ἔφη, παίζων κωμικῶς παρόσον τετρακέφαλος Ἑρμῆς ἐν τῇ τριόδῳ τῇ ἐν Κεραμεικῷ ἵδρυτο.* Ita haec correxit Meinekius. Ceterum vide Sueveruium p. 64.

XII.

Harpocratio: *Διὰ μέσου τεῖχος·* — *τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε βορείου καὶ τοῦ νοτίου καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ νότιον, οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ* (p. 456 A).

XIII.

Hesychius: *Ἐπὶ Φαληνίου· τὸν Ἀλκιβιάδην φησὶν ὁ Ἀριστοφάνης ἐπὶ Φαληνίου γεγενῆσθαι, σκώπτων παρὰ τὸν φάλητα· ἐπασχητία γάρ.* Ita enim corrigendus ille locus, vulgo *Ἀρίσταρχος* scribitur, quod etiam Reiskius emendavit, et in fine legitur in codice: *ἐπασχητία γὰρ ὁ φαλής*, quod correxit Dindorfius.

XIV.

Hesychius: *Ἱλάων ἥρως· Ποσειδῶνος υἱός, ἀφ᾽ οὗ Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι Ἱλάονας ἔφη τοὺς φάλητας, μεταφέρων, ὡς ὑπερβάλλοντας τῷ μεγέθει, ὡς εἰ ἔλεγε Τιτυούς, ἤ τινας τοιούτους. ἄλλοι δὲ θεὸν πριαπώδη φασίν.*

XV.

Suidas: *Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν· — οὗτοι ὡς ὑώδεις τινὲς καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμῳδοῦντο· καὶ τάχ' ἂν ἦσαν προκέφαλοί τινες, ὡς ἐν Γεωργοῖς φησὶ καὶ ἐν Τριφάλητι.*

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

Phoenissas non eo consilio ab Aristophane scriptas esse, ut Euripidis celebratam illam fabulam derideret, id quod Dindorfius opinatur, satis intelliget, qui vim et naturam comicae artis perspexerit, saepiusque iam hunc errorem castigavimus: verum in fabulosae comoediae obscuritate fieri plerumque nequit, ut quid potissimum poeta spectaverit, assequamur: id quod in hanc quoque comoediam, cuius perpaucae reliquiae exstant, cadit. At illud apparet Aristophanem eandem materiem, quam Euripides in cognomine tragoedia tractavisse, consentaneum igitur comicum poetam a tragico plura mutuatum esse suoque proposito accommodavisse: vid. Fragm. II. Iam vero Euripidis Phoenissae quum circa Olymp. XCIII initium doctae esse videantur (vid. schol. Ranar. 53: *Διὰ τί μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται, ἐπειδὴ οὐ συκοφαντεῖα ἦν τοιαῦτα.* atqui Ranas Aristophanes docuit XCIII 3) Aristophanis Phoenissas non ante Olymp. XCIII doceri potuisse apertum est.

I.

Ἐς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχῳ κόρω,
Ἄρης κατέσκηψ', ἔς τε μονομάχου πάλης
ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσιν.

Athenaeus IV p. 154 E: *Ὅτι δὲ ἀρχαῖον ἦν τὸ περὶ τοὺς μονομάχους Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Φοινίσσαις οὕ-*

τως· Ἐς Οἰδίπου κτλ. Vs. 1 libri δέτται δέ. Heringa apud Valck. ad Phoeniss. v. 1370 δὲ παῖδε. — Vs. 2 κατέσκηψ' ἔς τε Porsonus, libri κατέσκηψέ τε. Comparant Euripidis Phoen. v. 1378: Ἐπεὶ δὲ χαλκοῖς σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις Οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι, Ἔστησαν ἐλθόντ' εἰς μέσον μεταίχμιον Ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός.

II.

Στίλβη θ' ἣ κατὰ νύκτα μοι
φλόγ' ἀνασειράζεις ἐπὶ τῷ
λυχνείῳ.

Pollux X 119: Ἀριστοφάνους δ' ἐν ταῖς Φοινίσσαις εἰπόντος Στίλβη θ' — λυχνείῳ, οὐκ ἀφανὲς ὅτι καὶ ἡ στίλβη λύχνου τι εἶδος. Vulgo φλογάνας ἠράζεις, quod feliciter correctum in exc. Vossianis. λυχνίῳ vulgo, quod hic ferri nequit, correxit Dindorf. De λυχνείῳ vid. Athen. XV p. 700 C: Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις τὴν νῦν λυχνίαν καλουμένην λύχνειον κέκληκε διὰ τούτων·

Τίς τῶν λυχνείων ἐργασία; Τυρρηνική.

κτλ. Composita autem haec sunt ad similitudinem Eurip. Phoen. v. 236: Οἴνα θ' ἃ καθαμέριον Στάζεις τὸν πολύκαρπον οἰ — Νάνθας βότρυν ἱεῖσα. Ceterum olim putabam Aristophanis nomen restituendum esse apud Athen. XV p. 699 F: Μνημονεύει δὲ γραβίων κο * * * ἐν Φοινίσσαις, ut in hac vicinia istius vocabuli facta sit mentio; sed longiusculum est Aristophanis nomen, itaque recte videtur Schweighaeuserus Στράττις coniecisse.

III.

Καὶ τὸν ἱμάντα μου
ἔχουσι καὶ τἀνάφορον.

Pollux X 17: Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάφορον κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν εἴη ἂν ταυτὸν τοῦτο (τὸ σκευοφόριον) λεγόμενον ἐν Ἀριστοφάνους Φοινίσσαις· Καὶ τὸν κτλ. Baiulus aliquis aut servus loquitur, fortasse in exordio dramatis,

ubi servos onera portantes comici poetae, popularis illius et Megaricae comoediae consuetudinem secuti, inducere solebant, a quo more ne Aristophanes quidem recessit, vid. Comment. p. 359. *Ἀνάφορον* ex hoc loco, vel ex Ran. 8 petiit Phrynichus Bekkeri I p. 10 23: *Ἀνάφορον· τὸ ξύλον, ᾧ χρῶνται οἱ ἀχθοφόροι πρὸς τὴν κομιδὴν τῶν ἀχθῶν.*

IV.

Εἰκὸς δή που πρῶτον ἁπάντων
ἴφυα φῦναι
καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.

Ita recte Dindorfius haec constituit. Athenaeus III p. 90 A: *Τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει, ἔτι δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις οὕτως· Ἔχε τὸν πρῶτον πάντων ἴφυα φῦναι. εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας*, et II p. 62 D: *Ἀκαλήφη, λέγεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς οὕτως καὶ τὸ βοτανῶδες καὶ κνησμοῦ αἴτιον· Ἀριστοφάνης· πρῶτον πάντων ἴφυα φῦναι. εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.* Ex parte emendatiora exhibent Grammat. Bekkeri I p. 370 2 et Suidas: *Ἀκαλήφη — Ἀριστοφάνης Φοινίσσαις· Εἰκὸς δή που πρῶτον* (Suidas *πρῶτον ἁπάντων*) *φύα φύναι καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας. Εἶθ' ἑξῆς*, quamvis bis legatur apud Athenaeum, tamen nisi ex errore profectum esse non potest: nam continuus iste locus ut sit necesse. Fortasse autem Athenaeus duos ex eadem fabula adscripserat locos consimiles, quorum in utroque cum legerentur verba *τὰς κραναὰς ἀκαλήφας*, ista perturbatio orta est. Ceterum huc respicit schol. Vesp. v. 879: *Τὴν ἀκαλήφην μεταφορικῶς τὸ τραχὺ καὶ δηκτικόν, ἣν καὶ ἀκαλήφην λέγεσθαί φησι Κράτης ἐν Φοινίσσαις.*

V.

Pollux X 155: *Γαλεάγρα· — Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι.*

VI.

Pollux VII 199: *Ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Φοινίσσαις θεατροπώλης ὁ θεὰν ἀπομισθῶν.*

Ω Ρ Α Ι.

